



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vita Francisci Borgiae Tertij Societatis Iesv Generalis

Ribadeneyra, Pedro de

Mogvntiae, 1603

Liber Tertivs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45256

DE VITA
FRANCISCI
BORGIAE

Societatis IESV Præpositi
Generalis ab Ignatio
Tertij

LIBER TERTIVS

ANDREA SCHOTTO Soci-
etatis eiusdem interprete.

CAPVT I.

*Præpositus Generalis Societatis
renunciatur.*



VOCATIS vndi-
que per litteras
Sociis (qui cõuen-
tus in suis quique
Prouinciis ege-
rant, selectosque binos pro-
uinciali Præposito additos,

L 2 cum

cum auctoritate Romam misce-
 rant) veritus FRANCISCUS,
 quod euenit, ne in quem omnium
 oculos coniectos videret, inui-
 tum se ac repugnantem Societa-
 ti præficerent vniuersæ; occur-
 rendumque ei rei tempestiue ra-
 tus, Salmeronem, paucosque sa-
 cerdotes, re mature deliberata,
 ita compellat. *Tametsi, Patres, me
 certo scio non satis idoneum, qui vel
 minimum in Societate munus obire
 queam, dum me ipse in dies magis,
 magisque ad vnguem exploro: ta-
 men, vt sunt varia hominum, incer-
 taque iudicia, dicam quod sentio.
 Præfagit animus, vereorque ne inui-
 tus à Sociis eligar, cæterisque hoc no-
 mine anteponar, quod & vicariam
 operam, morte Laynis, præstem So-
 cietati; quodque nescio quod exile
 nomen Ducis abiecerim. Quamob-
 rem, nisi quid secus vobis videatur,*

ani-

animus est Socios deprecari omnes,
 obtestarique per Ignatij memoriam,
 vt quemuis potius quam me, huic
 muneri obeundo deligant, cui ex o-
 mni numero me magis ineptum esse
 neminem, ex animi sententia affir-
 mare liquet. Quod consilium vobis
 probari velim. Patres verò, re ma-
 ture considerata, DEO que pre-
 cibus consulto, contra sentiunt.
 Deinde lumina omnium con-
 sensione respondent, in alia o-
 mnia ire se coactos: silentio ita-
 que consilium illud premédum
 videri. Tacita enim hac animi
 demissione, ingeniosa que de-
 precatatione, munus potius am-
 biisse, quam defugisse visum iri:
 abditas enim esse mortalium co-
 gitationes. De illo deligendo, vt
 Societatem administraret, in-
 mentem venisse fortasse nemini.
 Itaq; missa illa faceret, DEO fre-
 tus,

tus, cuius Spiritu cœtus guber-
 nentur piorum. Si deligeretur,
 quod nolle illum facile viderēt,
 tum demum integram fore ter-
 giuersari, onusque deprecari.
 Paruit ille, nihil peruicaciter ad
 hæc locutus. Quare quo se gel-
 sit submissius, eo sublatus à Deo
 altius est, omniumque suffragiis.
 Præpositus generalis magno om-
 nium consensu, atque lætitia
 renuntiatus, postridie Kalen-
 Quintilis, qui dies B. Virginis
 villicationi sacer est. Ille delata
 dignitate percussus, animoque
 perturbatus, tantum abest: vt se
 purgare verbis potuerit, vt ser-
 monem etiã impedierit omnino
 insperata res, quod vel ipse vul-
 tus, & color satis arguebat. Sum-
 ma Romæ lætitia hinc est conse-
 cuta, in Prouinciasque manauit.
 Deductus, facta re diuina, grati-
 isque

is que DEO actis, de more ad Pó-
 tificem Pium III. *Factum bene,*
 inquit ille, *prudenter iudicastis,*
multumque vidistis, qui FRAN-
 CISCVM potissimum de tanto in-
 signium virorum numero delegisti.
Quod Ecclesie commodum videtur,
& societati, vt euentus ipse DEO,
hominibus, meque approbantibus
post docebit. Domũ vbi cum So-
 cijs reuertit FRANCISCVS,
 priusquam cœtum dimitteret
 in Prouincias, ad Patres verba
 fecit: animaduertent quan-
 tum onus infirmis humeris im-
 posuissent: rogare itaque in par-
 tem laborũ venirent, ne humo
 afflictus succumberet. Hortaretur,
 admonerẽt, virgerent, reprehẽ-
 derẽt, si, vt res sunt humanæ, op⁹
 foret, officioq; ipse deesset. Re, &
 cõsilio adiuuarent, simul & pre-
 cibus. *Iumentũ,* inquit. *factus sum*

apud vos. Si oneri ferendo non sit, onus cum clitellis tollitur. Idem vos facite: imperium tollite, si tanto oneri impar videar. Erit hoc diuina gloria, Societatique emolumento, vobis, Patres, perutile, mihi denique commodum, & pergratum. Assurrexit his dictis FRANCISCVS: ceteris allacrymantibus gaudio, surgere vetitis: mox ordine, singulorum pedes humi exosculatus, etiam complectitur, comiterque in Prouincias discedentes dimittit; lætos quod Ignatio, & Layni dignum, qui succederet, reperissent. Per idem tempus Melitam insulam terra, marique arctissima obsidione Solimanus Turcarum Imperator cinxerat: capta pridem Rhodi diuturna obsidione, pertinacique conatu, dum equitibus Diui Ioannis, singulari fortitudine

di.

dim
ferre
tific
Phil
ci, a
tum
Car
dan
mus
peti
diti
Pat
ani
der

P
do
de
sti

dimicantibus, auxilium nemo ferret. Melitam verò summi Pōtificis Pij vigilantia, & opibus Philippi II. Regis verè Catholici, adhæc militari virtute Equitum, quibus eam olim insulam Carolus V. Imperator defendendam tradiderat, liberatam vidimus. Militum copijs quæ suppetias ferre iussæ erant, Socij additi sunt, ex eo ipso aggregatorū Patrum numero: qui militibus animum, memtemque piam addere conarentur.

CAPVT II.

Rem Societatis publicam gerere cœpit.

PRIMA iam cura, dimissis in Prouincias Sociis, fuit, quādo ab origine pendent omnia, de tirocinij domo Romæ constituenda: in qua iuuenes, qui

L 5

fre-

frequentes quotidie ex omnibus Europæ urbibus confluebant, Societatiq; adscribi cupiebant ad pietatem, & religiosas exercitationes informarentur: ne ignorarent, quo modo orandus DEVS, qua ratione spiritui caro subijcienda, & animi perturbationes domandæ; denique vt pueri Catechesi Christianæ doctrinæ imbuendi essent. Episcopo Tiburtino eam DEVS mentem indiderat, vt templum S. Andreæ sacrum Sociis traderet, quod in colle Quirinali visitur. Nec diu post, eandem beneficentiæ voluntatem dedit Ioannæ Aragoniæ, quæ nobilissima matrona Ascanio Columnæ nupta, singulari pietate in DEVM fuit, & in Socios liberalitate. Domũ enim in eodem colle, annuosq; redditus attri-

tribu
uin
iuffi
ciera
pieta
que
recē
Alte
uin
hod
app
ere
fess
mo
tur
tas
na
Ro
do
ne
Fr
ad
re

tribuit. Idem in omnibus Pro-
 uincijs FRANCISCVS teneri
 iussit, vt sua cuique tironum So-
 cietatis domus esset, in qua ad
 pietatē informarentur, specimē-
 que sui darent, qui se Societati
 recēs, Deo vocante, addixissent.
 Alterum item Gollegiū in Pro-
 uincijs instituendum curauit,
 hodieque Seminarium alicubi
 appellatur, vbi iis artibus imbu-
 erentur, quæ humanitatis Pro-
 fessori, qui alios docere com-
 mode posset, necessariæ viderē-
 tur. Cumque recens nata Socie-
 tas tunc esset, omnes Transalpi-
 narum gentium adolescentes
 Romam bonis artibus instruen-
 dos mittere incredibili sumptu
 necesse erat: cui incommodo
 FRANCISCI consilio remediū
 adhibitum vt in principiis doce-
 rentur. Ædes item sacra domus

Pro-

Professorum, paucorum capax
 erat, cum multi ad rem diuinā,
 & Sacramentorum, hortantibus
 Sociis, frequentem vsum, ac
 Verbi D E I sermonem con-
 fluerent. Hanc igitur amplissi-
 mo Cardinali Alexandro Farne-
 sio D E V S mentem pariter inie-
 cit, vt & Pietatis studio, & in
 FRANCISCVM amore addu-
 ctus, augustissimum templum à
 fundamentis exstruendum cu-
 rarit, videritque ad rectum per-
 ductum: augustum in primis, si-
 ue architecturæ: artem spectes,
 siue ornatum. In cæteris verò
 quibus FRANCISCVS curis an-
 gebatur, frequentes erant litte-
 ræ ex omnibus terrarum oris, &
 quidem principum in Repub.
 virorum, vt somno sæpenume-
 ro tempus demere opus esset. si
 omnibus satisfactum vellet. Alij
 enim

enim Socios ad se mitti postulabant: nonnulli Collegia apud se excitari: non nemo rogare, ut pro incolumitate sua Deum precaretur. Quod & olim Regibus studio fuisse, ex Athanasio discimus: qui ad Antonium Abbatem scribere solitū Constantinū, refert; ut se fidemq; Christianam DEO precibus commendaret. Quamuis vero crebræ litteræ multum & operæ eriperent, & somni, nihil tamen destinati temporis orationi ad Deum fusæ detrahi, quo pietatis progressum contineri dicebat, patiebatur. Cum Deo enim potissimum esse agendum, in primisq; eius regnū studiosè quærendum. Mox Principum Christianorum salutem, à qua penderet reliquorum, Deo commendandam,

*Athansio
in vita
Antonii
Niceph.
lib. 12.
cap. 39. de
Theodosio
minore.*

CA-

CAPVT III.

Pij Quinti Pont. Max. ad Aethiopia Patriarcham littera.

HIS rebus ita ex sententia peractis, eo ipso anno Pius IV. vita simul & cathedra decesserat, locumque dederat Michaeli Gisserio, viro è Dominicanorum familia egregio, qui Pij Quinti nomen induit, talemque se moribus gessit. Hic etiamnum Cardinalis FRANCISCO vsus perfamiliari, & amico, postquam ad Ecclesiae clauum sedit, nihil in amando remisit: quin rebus in arduis consilium eius, & operam, frequenter adhibuit. Commodum iam è Lusitania litteræ redditæ erant, Socios in Æthiopiam legatos premi, & temporum iniquitate sudare

dare, nec proficere: præcisa
 iam spe messis colligendæ: in Ia-
 ponia vero insula, Episcopum sa-
 cris rite procurandis, in recenti
 nascentis ibi Ecclesiæ origine,
 vehementer desiderari. Obibat
 Æthiopiæ regionem è Socijs
 Andreas Ouetensis, Patriarcha:
 quem olim Iulius III. rogante
 Ioanne item III. Lusitanorum
 Rege, Episcopum crearat, vna
 cum Melchiore Carnero Lusi-
 tano. hi socij additi Ioanni Nun-
 nesio Lusitano, Patriarchæ, in
 Æthiopiam Pontificis iussu pro-
 ficiscenti, Ignatio etiam tum su-
 perstite. Dauid enim Æthiopum
 Rex, Lusitaniæ Regis opera, à
 summo Pontifice, quem in ter-
 ris Ecclesiæ caput agnosceret,
 mitti ad se rogabat, qui eam Ec-
 clesiam, in remotis Africa, sic-
 cilque terris sitam, pæne dixe-
 rim

rim relegatam, Iudaismo inquinatam (baptizantur enim Aethiopes simul, & circumciduntur) purgarent erroribus, in vitam reuocarent, rudesq; illas nationes, ac barbaras erudirent. Nunnesius Goam vix attigerat, inde in Aethiopiam cogitans, & conscendere parans, in beatorum sedes, morte simul & legatione obita, migrare iussus, locum, munusq; Patriarchæ, Andreae Ouetenti Socio, & Episcopo cessit. Nihil enim Socij præter dignitatis nomen & labores ferebant, honoribus, & commodis omnibus abdicatis. Hic simul in Æthiopiam venit à Claudio Rege, Christianorum quidem sacris imbuto, sed lento homine, nõ satis humaniter accipitur: frigide itaque rem Christianam promouit. Qui vero regnum

gnum proxime exceperit, re, & nomine Adamantius, natura crudelis, & immanis, in Socios grafari, sæuire, & incurrere ferarum more instituit. Christi enim nomen extinctum cupiebat, nulla ut spes propagandi Euangelij superesset. Vinculis enim, fame inopia, & nuditate vexati Socii, aliaque incommoda, & persecutiones passi, ut solent, qui pie vivere in Christo IESU volunt. *2. Tim. 3.* Quamobrem, iusto mox iudicio DEI, à Turcis devicta Æthiopia, in ditionem illorum, tyrannidemque regnum incidit, vastum cætera, & incolarum multitudine frequens. Pius Pontifex re cognita, FRANCISCO referente, Andream Patriarcham; Æthiopum furori cedere, & se ad maiora reseruare iubet; commodamque nactum nauigationem,

nem,

nem, maturime in Iaponiam
 insulam traicere: vbi multos es-
 se & nuper Christianis adscri-
 ptos audierat, qui & confirmari,
 & sacerdotio manuum imposi-
 tione inaugurari possent. An-
 dreæ, accepto Pij diplomate, in-
 iecta religio est, quam eximere
 nemo posset, quod iuberet Pon-
 tifex, tum demum Æthiopiam
 relinquere, cum salua religione
 & tuto posset, nullaque spes re-
 liqua eius Ecclesiæ iuuandæ fo-
 ret, hinc in Iaponiam insulam
 frequenter habitatam transire.
 Ille vero bene semper DEI be-
 nignitate speraret, fore vt Chri-
 sto plures lucrifaceret, & Æthio-
 pia excedere non poterat, quin
 in Turcarum aut prædonum
 manus incideret. In his itaque
 ærumnis vitã egit, diemq; clau-
 sit extremum. Melchior quoq;

Car-

Carnerus, cui par potestas tribu-
 ta fuerat ordinandi, confirman-
 dique neophytos Christianos;
 in Machaonem portum delatus
 qua Lusitaniæ naues onerariæ
 in Iaponiam transmittunt, rite
 obita legatione, & Episcopi mu-
 nere, decessit è vita. Nostra quo-
 que memoria Sebastianum Mo-
 ralem, qui Prouinciæ Lusitaniæ
 Sociorum præpositus fuerat,
 Sixtus Quintus Episcopi nomi-
 ne in Iaponiam legauit: sed, vt
 incertæ sunt mortalium res,
 Goæ portum nondum tenuer-
 rat, cum & ille, longæ tædio na-
 uigationis, incommodisque
 mortem cum vita commutauit.
 Adeo verum est, quod ipsi etiam
 male in Socios animati fatentur,
 dignitates Ecclesiasticas, ex
 Ignatij instituto, defugere Soci-
 os, aliisq; libenter concedere: la-
 bores

bores vero, pericula, mortem
denique pro Ecclesia, ad maio-
rem Dei gloriam, vltro ac liben-
ter subire.

CAPVT IV.

*Cetera in Societatem Pontificis
beneficia.*

PLURA vero exstant Pontifi-
cis vere Pij, & illis temporibus
pernecessarij, singularia in
Socios amoris iudicia, ac bene-
uolentia. Vetere enim institu-
to, Romæ poenitentia admini-
stri, Pontificia auctoritate, Mo-
nachi, & Sacerdotes Theolo-
gia, & canonum, linguarum di-
uersarum periti, nodos consci-
entia soluebant, peccatisque ex-
piabant. Magnum id Ecclesia
munus, & arduum, vt quacun-
que diuina potestate in terris
soluant. Visum itaque Pio Pont.
quan-

quando munus hoc à varijs varie obiri vidisset, Societati mandare, vt pœnitentiũ curam susciperent, & in sacra D. Petri ædè summa confitentibus quotidie aures darent, virgamque manu gestarent, potestatis argumentum. Alciatum itaque Cardinalem, qui tum pro Carolo Borromæo ei muneri præerat, ad FRANCISCVM misit, qui persuaderet, rem per se Ecclesiæ vtilem, ac necessariam. Ille vero tergiuersari primum, ac defugere: mox vbi se collegit, hæc fere capita supplice libello Pontifici obtulit. Perincommodum id Societati futurum: qui enim legitime id munus ad hanc diem administrassent, ijs eripi sine quærimonia non posse: ad hæc complures in Ecclesia DEI familias, vetustate corroboratas.

&c

& sanctitate morum illustres, ad quas id potius pertinere videretur; alioquin præteritas sese, moleste laturas: Socijs denique priuatim fraudi futurum, & damno: quod qui illud munus obrent, continuo Societatis legibus solui, & obedientiæ vinculis vellent, tamquam ministri Pontificis iam creati. Lectis his, Pius nihil prolatandum ratus, nodosque facile solui posse; Societati extemplo pænitiæ Pontificiæ munus pro suo iure mandat, domumque non procul ab æde summa D. Petri, certumq; stipendium, ad victum, cultumque corporis assignat. FRANCISCVS dicto audiens acquieuit, præstantesque è Provincijs vndique sacrarum litterarum, Officiorum simul & linguarum peritos euocatos locat.

Gre-

Greg
Rom
illo l
mun
que
publ
tifici
gend
amp
festu
ter d
P
FRAN
ctus
tus
in d
sed
mir
mer
inte
The
pad
cisc

Gregorio mox tertio decimo
Romæ sedente, Societas onere
illo leuari, sed frustra, optabat:
munusque sustinet in hunc vs-
que diem, commodo, opinor,
publico. Ecclesiasten item Pon-
tificium è Societate tunc deli-
gendum putavit, qui coram in
amplissimo Cardinalium con-
fessu de rebus diuinis frequen-
ter differeret.

Primus hoc munus obiuit,
FRANCISCO iubente, Benedi-
ctus Palmius, Italus: hunc secu-
tus Alphonsus Salmeron, vnus
in decem primis Ignatij Socijs:
sed duodecimo post mense, ni-
mirum secessus amantior, & cō-
mentandi S. Scripturam studio
intentus, alteri è Socijs, Lusitano
Theologo, Emmanueli Sa, lam-
pada tradidit. Mox cessit Fran-
cisco Toletō Cordubēsi: q̄ apud
alios

alios continenter Pontifices Ec-
 clesiasten egit, ad vnum vsque
 cl. Io. xciv. quo anno, inuita,
 & repugnante Societate, in Car-
 dinalium Collegium à Clemen-
 te viii. adoptatur: vitæque nu-
 per, & dignitate decessit, postri-
 die Idus Septemb. anni cl. Io.
 xcvi. Neque hic substitit Pijer-
 ga nos studium: Sociis enim ex-
 aminandi prouinciam dedit
 eos, qui Romam frequentes
 confluunt, & sacris initiari, vel
 iam initiati confessiones excipi-
 endi fieri sibi potestatem, volunt.
 Erant ea tempestate, (quis cre-
 dat?) in vltimis Neapolitani re-
 gni finibus, hæresis Valdensium
 reliquæ, qui Pauperes de Lug-
 duno vocari gaudebant, quod
 malum vt maturime tolleretur,
 è Sociis Christophorū Roderi-
 ges, doctorem Theologū mittit:
 qui

qui partim disputando, partim
monendo, ad bonas eos partes
melioremque mentem tradu-
xit: captos comitate hominis, &
pietate, vt pœnam, Pontificia
potestate irrogatam, libenter
susceperint. Exploratum iam tū
erat, Societati finem esse pro-
positum, gentes à fide alienas,
& hæreticos, ad sanam mentem
pro virili reuocare. Si qua fortè
rursum tempestas exorta in So-
cios esset, statim aduolare Pius
solitus, & opem ferre; Princi-
pibus Christianis Socios com-
mendare, rogare, obtestari, pre-
cibus, minisque agere. Vt in se-
ditione Auenione excitata, sta-
tim exstinxit incendium. Huius
studij specimen erit diploma v-
num in multis, ad Coloniensem
Episcopum. Præterea Mendi-
cantium in numero esse Socios

M pro-

pronunciauit; immunesq; similiter esse, & haberi voluit: dato ea de re, quod exstat, diplomate, quinto Pontificatus anno cIo. Io. LXXI. Nonis Iuliis: vtq; tuti ab iniuria in Prouincijs Socij viuerent, permisi Patronum sibi, quem Conseruatores vocant, cum res postularet, bona sua venia, deligere ipsi summa auctoritate possent. Quod beneficium Gregorius XIII. immatura morte extincto Pio, insequenti anno Socijs libens datis tabulis concessit. Non defueret tamen, vt fit, qui dicerent, Pio propositum, Societatis institutum commutare, simul & vestitum. Qui rumor cum latus vagaretur, FRANCISCVS pro Societatis honore diligenter excubans, animique pendens, Francisci Patieci Cardinalis, &

Bur-

Bur
ra, P
fi ce
tum
nun
pert
clan
hoc p
tum
stitu
runt
hact
uab
stus

Pe

I
tia
co
pt

Burgenſiũ Archiepiſcopi opera, Pium rumoris invulguſ ſparſi certioſiorem facit. Ille verò tantum abſuit, vt id cogitarit, vt nuncio illo tanquam aduerſa re perturbatus, in hæc ipſa verba clamans eruperit: *Abſit à nobis hoc peccatum. Video enim complacitum eſſe DEO in his famulis ſuis, inſtitutoq; viuendi, quo fructum referunt Eccleſiæ. Dum ijdem erunt, qui hæcenus, inſtitutumq; religioſe ſeruabunt, nemo illis, qui ſapient, moleſtus erit, negociumq; faceſſet.*

CAPVT V.

Pestilenti lue Romæ graſſante quæ gesserit.

INEVNTÆ æſtate anni clo. Io. **ILXVI** Romæ multi peſtilentiæ lue exſtincti, vt & morbi contagio ſerperet latius. Corruptis enim aquis ea vrbiſ regione

M 2 quæ

quæ Flaminia olim via, nunc
 Populi dicitur, quod stagna-
 rent, sordibusque plenæ, & pu-
 trefactæ subterraneam puteo-
 rum frigidam corrumpere,
 qui hauserant, labem, præsen-
 temque mortem senserunt. Tot
 passim in ea Urbis regione stra-
 ges, ut tætro odore, quem affla-
 bant cadauera, inficerent alios
 prius, quam opem implerent.
 Exincti incolarum plerique
 Mysteriorum viatico nõ instru-
 cti. FRANCISCVS simul detri-
 mentum cognouit, Socios mi-
 sit, qui vicatim ægrotos inuise-
 rent. Hic opinione maiorem
 stragem comperit. Itaque nihil
 cunctandum ratus, binos statim
 Socios ad Pontificem legat. Hic
 magnam vim pecuniæ in elec-
 mosynam ægrotorum inopiæ
 subleuandæ liberaliter eroga-
 uit:

nit: cuius etiam, tali Pontifice
 digna, audita vox: *Ea tempora es-*
se, ut & calices auratos, Crucisque
signa argentea oppignerari vellet,
 quo CHRISTI membrorum ino-
 piam subleuaret. Eius etiam man-
 dato Socij Senatium, populum-
 que Romanum adeunt: ne diffi-
 cili tempore deessent, rogant.
 Auditi, & vero perlibenter, fa-
 ctumque est in eorum sententi-
 am Senatusconsultum: Panis,
 caro, vinum gratuito ægrotis e-
 genis è publico daretur. Ædili-
 bus item mandant, stipem ex o-
 mnibus Urbis regionibus cor-
 rogarent. Nobilibus è suo cor-
 pore duodecim viris negocium
 datum, vna cum Socijs ægrotos
 quotidie inuiserent. Igitur So-
 cij egrotantium numero per vi-
 cos explorato, Urbem in quin-
 decim regiones distribuunt: sin-

M 3 gulis

gulis officinas medicamenta-
 rias, & penū attribuunt. Ipsi bi-
 ni singulis in regionibus cum
 medico agrotos adeunt, mini-
 strant animi, corporisque ali-
 menta, nihil vt egentibus, ad
 valetudinem quod pertineret,
 deesse paterentur. Nec minor
 animis curandis diligentia ad-
 hibita, ne qua in malis consola-
 tio deesset. Sacris itaque procu-
 ratis, erratisque confessis, panis
 Angelorum migrantibus porri-
 gebatur. Iudicabat enim FRAN-
 CISCVS, quantum animus cor-
 pori, & æterna caducis ante-
 cellunt, tanto maiorem curam
 sacris adhibendam. Gratum id
 omne Societatis officium Pio,
 Senatui, populoque Romano
 accidit, vt & biennio post in-
 grauescente morbo, non per-
 inde tamen periculoso, idem
 Pius;

Pius; multo post etiam Gregorius XIII. Pontifex, Sociis iterum egrotorum curam mandavit, FRANCISCO Borgia nuper extincto.

CAPVT VI.

Primus Sociorum in Occidentis Indiam aduentus. Nouem Socij in Florida insula necati.

IN Orientis Indiam pridem Socij complures penetrarant; in Occidentis vero ad eam diem nemo. Igitur FRANCISCVS portam illic apertam, Euangelique lucem, & veritatem inculcis illis gentibus nostrorum opera inferri, ex quo familiam ducere coeperat, vehementer exoptabat. Missi primum Christi anno clo. Io. LXVI. Didacus Lopez, 1566, & Laurentius Gomes sacerdotes. Ludouicus item Ruiz,

M 4 & Al-

& Alfonsus Simonis, in Fortunatas insulas, quæ Canariæ hodie appellantur: vbi meridiani circuli extremum Cosmographi olim collocarunt. Cæterum enim terrarum orbem, nuper Hispanorū navigationibus repperit, qua sol oritur, atq; occidit, veteres ignorarunt: existere tamen, & esse posse, Plato de Atlantidum insula loquens, & Seneca Tragicus, alique diuinarunt. Hos igitur, quos nominavi, comites addiderat FRANCISCVS Bartholomæo Tores, Canariensium Episcopo, homini singulari & pietate, & doctrina. Illius enim de Trinitate Commentarij valde probantur. Docebat hic insulanos Catechesim vna cum Socijs, lustrabatq; diœcesim pedibus ambulans, boni nullum officium Pastoris

*Plato in
Timeo &
in Critia.
Seneca in
Medea
lib. 2.*

storis prætermittens. Eo ipso tempore Philippus Rex Catholicus, datus ad FRANCISCVM litteris, pro bona Societatis existimatione, quatuor & viginti in Occidentis Indiam mitti rogat: victui & cultui corporis itinere nihil defuturum, gratumq; id DEO, sibi, & incolis fore. Vt tam honesta, piaque postulanti Regi satisfaceret FRANCISCVS, misit primo electos è multis Socios: Petrum Martines, ex agro Turolia regni Aragonij, Ioannem item Rogeriũ sacerdotes, Franciscum Villaregium. Hi A. D. V. Kal. Sextil. eo ipso anno Hispalensi portu cõscendentes, Floridam insulam viij. Kal. Octob. tenuerunt. Petrus Martines classe exiliens, terram simul attigit, vt DEI verbum, Euangeliumque prædica-

M 5 ret,

ret, interiit, ictus caput pertica
 ab incolis, qui tum in littore a-
 gitabant, aduentum Europæ pro-
 rû prohibitori: mox semiviuum
 in mare proijciunt. Nimiû pro
 singulari in DEVM pietatis stu-
 dio hunc fructû retulit, vt quod
 pridem optarat, fidei testis, vita
 decederet. Qui casus tantû ab-
 est, vt cæteros in Europa Socios
 ab expeditione deterruerit, vt
 etiam incitarit magis, quod pro
 Christo mortem oppetere, &
 ipsi pari studio exoptarent. Igi-
 tur secundo post anno clo. lo.

1568. LXVIII. alia missio Sociorum in
 eas ipsas oras instituta, quibus
 præfecit FRANCISCVS Ioan-
 nem Baptistam Seguram, quo
 se Ioanni Rogerio sacerdote, qui
 superstes adhuc esset, eiusq; so-
 dali Villaregio coniungeret: qui
 Hauanam portum occupantes,
 in Flo-

in Floridam post penetrarant.
 Erat tum forte in comitatu Ca-
 cicha quidam (sic enim Flori-
 da in insula principem virum
 appellare solent) quem Praefe-
 ctus Petrus Menendes classe in
 Hispaniam adduxerat. Hic fidei
 Christianæ rudimentis Cate-
 chumenus iam imbutus, & sa-
 lutari baptismi lauacro tinctus,
 Ludouici nomē acceperat. Cre-
 debant fore, vt gentis suæ, mo-
 rumque gnarus, simul & linguæ
 callens, commode Socios de-
 duceret, viamque muneret: sed
 contra euenit. Baptista enim Se-
 gura septem adhibitis Socijs,
 Floridam saluus tenuit: reliqui
 in portu substiterunt, nauibusq;
 exscensione facta, pedibus por-
 ro ingressi, duce viæ Ludouico
 vsi, sine militum Hispanorum,
 qui se illis vltro comites dabāt,
 præsi-

præsidio. Suppellectilem sacris
 procurandis, libellosq; hume-
 ris gestant. Silvas, tolaq; loca, &
 paludes, pedibus emesos, com-
 meatus iam defecerat: herbis
 itaq;, & radicibus victitabant,
 cubabant sub dio: Ludouico
 interim proditionem animo a-
 gitante: cuius tandem patriam
 attigerunt, procul admodum à
 mari sitam, à siluestribus homi-
 nibus, iisq; uide agentibus, ha-
 bitatam. Socios ille in pago mo-
 rari iubet, seq; expectare, dum
 salutatis amicis, redeat. Profe-
 ctus igitur quinq; passuum mil-
 libus, ad diem dictam rediturum
 se pollicitus, cunctabatur: qui
 dies cum venisset, quatuor item
 additis, diuturnæ moræ, & soli-
 tudinis pertæsus Baptista, sacer-
 dotem cum fratre ad Ludouicum
 allegat. Hic structis insidijs, (in-
 certum,

certū, siue quia à fide Christiana transfuga descuerat, seu quia proditionē pridem animo cogitarat) armata omni familia, Socios aggressus, incautos summa perfidia necat. Postridie ei⁹ diei vix illuxerat, ceteros Barbarum in modum adoriuntur, & silenti nocte, duce Ludouico, interimunt Socios, genibus nixos, precibusque ad DEVM fatis, mortem fortiter pro fide oppetentes. Exspoliant cadauera Barbari: sacratis vestibis sese induunt: illudunt, petulanterque insultant, quasi rem magnam, contrucidatis inermibus, & non repugnantibus, praestitissent. Arculam mox tres aperiant, thesauro inhiantes. Erant hic Biblia sacra, Missarum officia, libelli pij, precum orbiculi, imagines, agni caelestis effigies,

gies, cilicia, & flagella: Religio-
 forum nimirum arma, quibus
 & carnem ipsi domant, & Dæ-
 monem fugant. CHRISTI item
 Cruci affixi imaginem contine-
 bat, quam simul curiose aspici-
 unt, exanimis ceciderunt, hu-
 mo afflicti, & mortui. Comites
 qui aderant, inopinata reper-
 territi, in fugā se, terga verten-
 tes, dederūt. Quæ quidem cer-
 ta fide retuli, à se oculis conspe-
 cta, Hispanus adolescens, qui è
 classe Socios comitabatur: ideo
 non iugulatus, quod ad idola e-
 uertenda minime venisse, & te-
 nera adhuc ætate cum esset, ni-
 hil metuendum, sed in vinculis
 habendum putarint. Occubue-
 re etiā Baptista Segura, Toletus
 Carpetanorum oriundus, mo-
 rū probitate FRANCISCO gra-
 tiosus, Ludouicus item Quiros,
 sacer-

LIBER TERTIVS. 263

sacerdotes. His aderant fratres,
Gabriel Gomez, Petrus Lina-
res, Sanctius Sauallius, Ioannes
Baptista Mendes, Christopho-
rus Rotondus: alter item Ga-
briel de Soliz. Eo ipso anno, vt 1568.
ex Indi is litteris didici, ob ean-
dem fidei constantiam Franci-
scus Lopez interfectus; dum è
Cochinensi Collegio Goam
proficiscitur, à piratis Mauris
captus, cū tribus Socijs: quodq;
r. so vertice viderent, sacerdo-
tem, quod res erat, diuinarunt:
ad fidei defectionem sollici-
tant: sic saluum fore & incolu-
mem Honores etiam pollicen-
tur: Precibus deniq; minas mi-
scent: Ille vero: *Ego ne vt CHRIS-
TI castra deseram? non sinat ille
DEVS, cui milito. Quoduis po-
tius supplicij genus subire stat sen-
tētia, quam à Christiana Religione
migrem.*

migrem. Lancea itaque illa confodiunt: ille ad Beatorum sedes abiit, feliciter. Alterum è Sociis captiuum abducunt: quid reliquis factum non comperi. Eodem ipso anno, Socios iterum binos Oranum in Africam FRANCISCVS misit, Petrum Domenicum, & Hieronymum Mur: vtrumque Valentia superstitem vidimus: Comites hi dati fratri germano, Petro Ludouico Borgiæ, Magistro equitum Montefanorum, à Philippo Rege misso, vt eam Africae oram armis teneret, & militaribus copiis præesset. Socij in hac statione incolis, & militibus sacra rite procurarunt.

CAPVT VII.

Socij Peru Indiarum prouinciam, & nouam Hispaniam ingressi.

EODEM

EODEM ipso anno, qui est 1567.
 Eius seculi septimus & sexa-
 gesimus, alteris ad FRANCIS-
 SCVM literis petit Philippus
 Rex mitti Socios viginti in Per-
 uanam Indiam, prouinciarum
 ad Occidentem longe maximā:
 quam in Sacris litteris Ophir, &
 Pirum etiam nominari quidam
 putant, Auri fodinis, & Salo-
 monis Iudæorum Regis com-
 mercio nobilem. Conscende-
 rent igitur primo quoque tem-
 pore, collegiaque ædificarent,
 & domos, vti certis sedibus mo-
 rati, Christianam Religionem
 propagarent, puerosque im-
 buerent optimis & moribus, &
 disciplinis. Postridie Kal. No-
 uemb. selecti de multis pauci,
 Luciferi fano (quem Baticæ
 portum *SAN LUCAR* hodie appel-
 lant) profecti Hieronymus Por-
 tillius

*Gaspar
 Barreri-
 us, & Ben-
 Arius
 Monta-
 nus.*

tillius Sociorum præfectus, Antonius Aluarus, Ludouicus Lopez, & Michael Fontanus sacerdotes. His additi Didacus Bracamontius, Ioannes Garcias Ianguensis, Franciscus Methymnæus, & Petrus Loberus. Hi primi Socios in eas Peroras duxerunt, ludosq; studiorû aperuerunt: hodieq; docentur ibi de superiore loco artes omnes futuro Theologo necessariae: incredibili fructu & inquilinorû Hispanorum, quilibet negociantur, & neophytorû, qui CHRISTO iam nomê, suscepto Euangelio, dederunt. Quæ res, simul Regis Catholici auribus, animoq; grata accidit alteram classe missionê institui iubet, profectiq; cû Prætorè Franciscò Toletò sacerdotes quinq; septemq; alij socij. Anno vero

secun-

secundo, & septuagesimo, vndecimo Kal. Quintil. in nouā, vt vocant, Hispaniam, quæ regio nihil ambitu nostra minor est, opulentia sane maior, primi è Socijs traiecerunt quatuordecim, postulante eodem Rege Catholico, quorū eo libentius nomina adscripsi, quod primiviam munierint, portarintq; Euangelium, longe nunc, lateq; fusum in Occidentis Indiam. Sociorū Præfectus Petrus Sanchius, doctor Theologus, qui pridem Complutensem Academiam rexerat, & publici doctoris personā iustinens, valere iustis titulis, & cōmodis, Societati se addixerat. Sacerdotes vero, Didaci duo Lopez & Fonseca: Petri itē, Diaz, Concha, Bazan, & Camargus cognomento: reliqui sacris nondum initiati:

Ioan-

Ioannes complures, his cognominibus, Sanchius, Mercatus, Curielius, & Matillus: Bartholomæus: item Lariosus, Lupius, Nauarrus, Martinus Gonzales. Hæc in Peru Prouincia; nuperque detecto orbe, FRANCISCO Generali Præposito præclare gesta: nec minus in Europa Societatis incrementum fuisse, nunc ostendam.

CAPVT VIII.

Polonia Rex Societatem Regno accipit: Collegium Pultouie exstruitur.

APVD Sarmatas, superstite etiamnum Iacobo Layne, inchoatum Sociis collegium, sumptu, & auspiciis Stanislai Hofij, Prætulis Varmiensis, Bransberga in vrbe, eius diocesis, magno prouincię Prussię, quæ

quæ ad Polonos attinet, emolumento. Hic Episcopus, ob singularem cum pietate coniunctam doctrinam, in Cardinaliũ urbis Romæ Collegium adoptatus, Synodo Tridentinæ nõ interfuit solum, sed & Legatus præfuit. Dimisso itaque Concilio, in sequenti anno quarto, & 1564. sexagesimo, ob præclare in Concilio nauatam à Sociis Layne, & Salmerone operam, Societatem acciuit, amplexusque est peramanter. Sigismundus vero qui tum Poloniæ Regnum tenebat, animi dubius erat, quid Societate faceret: qua de sinistros in vulgus rumores sparserant, vt solent hæretici, in circulis, & conciliabulis; famosis ad hæc libellis. Et vero ita nunc comparatum est, vt in aulis Principes verum non audiant,

vbi

*Sex. Au-
relius Vi-
ctor in vi-
ta Con-
stantini.*

vbi assentatorum & parasitorū,
(quos palatij forices, tineaſq; Li-
cinius Imperator appellabat)
plena ſint omnia. Tādem vero
Franciſci Comendonis opera
(qui Apoſtolicæ ſedis Nuncius
in Polonia, poſt etiā purpuratus
eſt Patribus adſcripſus (Rex
metu liberatus eſt, honorifica
de Socijs prædicatione: neceſſa-
rios cū rebus publicis omnibus,
tum ijs potiſſimum exſiſtere,
quæ temporum vitio ſectarum
labe, & opinionum monſtris
infectæ ſint. Catholicos enim
confirmant: aduerſarios refel-
lunt: incolarum deniq; liberis
pie, honeſteq; educandis miri-
ficię profunt: qui cum ciuitatū
ſint Seminaria, in eius ætatis in-
ſtitutione poſita videri omnia,
ſpemque ſitam conſtituendi o-
ptimi ciuitatis ſtatus, & quod
rei

rei ca-
rum.
viro p-
nimo
us ver-
Gym-
tatiat-
rioru-
ſari ce-
nes, a-
Pius
Rege-
næ P-
nobi-
labe
lit; r-
victu-
dedi-
lum
que
lata
quæ
gni-

rei caput est, Religionis maiorum. His sermonibus, ut à pio viro profectis, assensus Rex, animoq; erectus, & rei diligentius veritate explorata, Vlnense Gymnasium vniuersum Societati attribueret instituit: ut sectariorum, quæ tum pestis ibi grassari cœperat, audaciam, seditiones, atq; tumultus infringeret. Pius IV. Pont. Socios eo mitti, Rege postulante, iubet. At Vlnæ Palatinus vir quidam, domi nobilis, & potens, sed Ariana labe aspersus, arma contra tulit; nec prius deposuit, quam victus, more maiorum, pœnas dedit. Pacis itaq; tempus in bellum, secessionemq; vertit, resque de Vlnensi Gymnasio dilata est: cuius in locû Paltouix, quæ Prouinciæ Mazouix regni Poloniæ ampla vrbs est, nouum

uum

uam Collegium Sociis institutum, bona cum Regis venia, qui regiis comitiis honorifico diplomate, quod in manibus est, Societatem ornauit. Anno 1565. sequenti Vilnæ Collegium institutum: mox & Iaroslauia; deinde Posnauia. Qua tempestate parebant vni Prouinciali Præfecto Austria: qui statis anni temporibus ea collegia lustrabat: verum quod vasta ea Regio obiri commode nõ posset, crescente indies Collegiorum, collegarumque numero, Poloniae regnum Prouincia facta. Accesserat enim Collegiũ ad ea, quæ in Moscouia; finibus sita, proxime recensui, & Rigense in Liuania.

CAPVT IX.

*Varia item varijs in Prouincijs
constructa Collegia.*

APVD

APVD Hispanos item Col-
legiū in Bætica Marche-
næ in oppido excitari cœptum
à nobilissima matrona Maria
Toletana, vxore Ludouici Põ-
cij Leonij, Ducis Arcos. erat
eadem soror Antonij Cordu-
bæ, qui Societati pridem se ad-
dixerat. Tãto igitur studio hoc
agebat, vt euocatos Socios suo-
rum commodo colligeret, vt
ædificando Collegio mundum
etiam muliebrem omnem ven-
deret; redactamq; pecuniam a-
lendis Socijs ædificioq; impen-
deret. Templum ibi satis ma-
gnifice conditum, domusq; am-
pla: in qua, quia multorum ca-
pax, Bæticiæ prouinciæ Conuẽ-
tus Sociorum tertio quoq; an-
no habitus sæpenumero est: in
gratiã Roderici Poncij, Leonij,
& Teresæ Zunigæ coniugium,

N Ducum-

Ducumque Arcos: qui veluti à
 maioribus relictam in DEVM
 pietatem, Sociosq; studium, cū
 ipsa hereditate adisse videntur.
 Hoc ipso tempore Toleti Car-
 petanorum, Sociorum cœtus,
 è Collegij iure, in domus pro-
 fessæ formam transijt. Proximo

1567. anno Pintia Vaccæorum ex
 Collegio, temploq; S. Antonij,
 domus item Professorum So-
 ciorum constituta: Collegis ad
 D. Stephani portam migranti-
 bus, quod antea Ambrosij Col-
 legium dictum, coemptis ædi-
 bus beneficentia nobilis ma-
 tronæ Maioris Biueroæ. Anno

1568. post secuto, in Carpetanis, Ca-
 rauaccæ in oppido Michael
 Reynus, vir opibus clarus, pro
 singulari in Socios studio, bona
 omnia testamento legauit. Col-
 legio Sociis exædificando: hoc
 addi-

addito elogio modestiæ pleno:
Si quis tantundem adderet, & au-
dius opus faceret, fundatoris se no-
men, iusq; ei concedere. In ea ipsa
 regione, anno insequenti Segarum 1569.
 re montium, hodie *De la sierra*
 indigenæ vocant, Christopho-
 rus Rodericus Moya, duabus
 virginibus Catharina Diaz, &
 Francisca Auiles, ex se navis cõ-
 sentientibus, sua item liberali-
 ter Sociis assignavit: eo potissi-
 mum consilio, vt Collegio ex-
 structo, ea ora satis inculta, lit-
 teris coleretur simul & mori-
 bus. Et hæc quidem tunc in
 Hispania gesta accepimus.

In Gallia conditum Auenio-
 ne Collegium: quæ eius regni
 vrbis est Pontificia. Anno quin-
 to, & sexagesimo, Virodunū
 Socij in Collegium, tanquam 1569
 in coloniã, primum missi; euo-

cante eius vr̄bis Episcopo, è familia Præmonstratensi. Camberienſe item Collegiũ inchoatum: quæ vr̄bs metropolis est Allobrogum. In Austria Prouincia iacta tum fundamenta Collegij Olomucenſis, in Morauia regione, ſumptibus Doctoris Guilielmi, qui Præſul eã

1566. tenebat. Anno proximo Spiram Nemetum Rhenana in prouincia, quam tunc Hieronymus Natalis obibat, euocati primum Socij beneuolentia, & amore nobilis, inſignisq; Collegij Canoniorum: in primis auctoritate pij, ac nobilis viri Andreæ ab Oberſtein, Eccleſiæ Cathedralis, vt vocant, Decani. Hic vir ad generis claritatem tanta eſt grauitate, pietate, ac virtute, vt merito lumen, & exemplum Eccleſiaſticæ diſciplinæ

plinae dici possit. Cumq; temporum, ac locorum angustiis tam pio desiderio remora obijceretur, euicit tamen sententia, vt, quamuis pauci, ac tenuiter, alerentur tamen nostri. Sed fundata Societas piorum liberalitate nonnihil creuit, tantumque sua opera domi, forisque praestitit, quantum ab optimo quoque potuit expectari. Neque hic stetit honorati illius, ac nobilis Canonorum Collegij officium. Vrbe enim pellendi Socij cum essent eorum opera, qui deprauatarum opinionum aestu abrepti in alia omnia discesserunt, intercessere illi, inprimisque honorandus, ac nobilis, quem dixi, Decanus, contraque nixi, Maximiliani etiam Caesaris auctoritate peruicerunt.

runt. Quin & membris additis
 amplificare domum, que ma-
 ior indies seges spiritualibus ex-
 ercitationibus colligatur, stu-
 dent. Herbipoli, in ea ipsa Pro-
 uincia, anno millesimo quingē-
 1567. tesimo sexagesimo septimo,
 Fredericus Herbipolitanus E-
 piscopus, accitis ex Italia Sociis,
 vacuum monasterium B. Agne-
 tis attribuit: qualia multa in
 Germania cœnobia, pro dolor,
 videas. In Turolensi comitatu
 biennio post, conditum Colle-
 giū Halense, auspiciis, & pieta-
 te Augustarū filiarum Ferdinā-
 di Cæsaris, Magdalenzæ & He-
 lenæ è gente Austriaca: quæ se
 virgines DEO deuouerant, eoq;
 se abdidierant, Sociis, tanquam
 pietatis administris, vsq; perhu-
 maniter. Bona item cum ve-
 nia Subalpini Reguli, Augustæ
 Tau-

Taurinorum, quæ metropolis
 Allobrogum est, vir locuples
 Collegium Sociis ædificat: in-
 choatū quidem anno c l o. I o.
 LXIV. ante quam FRANCIS-
 CVS Præpositus generalis cre-
 aretur; sed triennio post profec-
 ti Socij; & in possessionem le-
 gibus missi. Brixia item, quæ
 Venetæ ditionis vrbs est, è par-
 uis principiis magnum breui
 Societatis sumpsit incrementū.
 Sacerdos enim Brixienfis do-
 mi nobilis, Sociis pridem vsus
 familiariter (quibus etiam ad-
 scriptus, vt optabat, fuisset, nisi
 valetudine incommoda vsus
 foret (communia cū Sociis offi-
 cia exercere: aures pœnitenti-
 bus dare, hortari ad pietatem,
 ægrotos inuisere, cætera id ge-
 nus exsequi. Assedlas, vt fit,
 mox reperit ad triginta, qui vni

N 4

illi

illi reuerenter parebant, nullis
 tamen Religioforum homi-
 num votis astricti. Res item
 publica Brixienſis duo ijs tem-
 pla attribuit, D. Antonij alterū,
 alterum Calera nomine. Ve-
 rum diſciplinis non ſatis excul-
 tis, & idcirco de ſuperiori loco
 concionari prohibitis, optimū
 viſum omnibus, Societati ſe ad-
 iungere: bonis etiam Fortuna
 in commune collatis. FRANCI-
 SCVS non inuitus accepit; quin
 & DEO gratias egit, quod tan-
 tam, tamq; breui tempore me-
 ſem, ijs in locis, quibus maxime
 opus eſſet, attuliſſet. In ea ipſa
 provincia tironum domus So-
 cietatis Nouillariæ, Comitum
 eius ditionis beneficio, à fun-
 damentis eo ipſo nono,
 & ſexageſimo anno
 excitata.

1569.

CAPVT

CAPVT X.

*Socij vnde quadraginta in Brasiliam
India proficiscentes ab hæreti-
cis interempti.*

NEC vero Collegiis dun-
taxat propagata Societas,
nec Europe finibus circumscri-
pta; in Indiam iterum profecta
est, & loca illa solitudine vasta,
barbarie, & immanitate incul-
ta, fuso sanguine irrigauit. Vt e-
nim recens planta agris infixæ,
aqua rigari solet ab agricolis,
donec altæ egerit radices, tum
ventos contra, atq; tempesta-
tes immota consistit; sic & nas-
centem **DEVS** Ecclesiam mar-
tyrum sanguine, admirandis-
que operibus fouit, dum a-
dolesceret; vt corroborata ad-
uersus tyrannorū vim, hæreti-
corumq; insidias, duraret. Sci-
tum illud Tertulliani, Marty-

N s. rum.

*Apologe-
tico ex-
vremo.*

rum sanguinem semē esse Chri-
stianorum. *Plurēs, inquit, effici-
mur, quoties metimur à vobis. Se-
men est sanguis Christianorum.* E-
uentus id verū esse nostra tem-
pestate declaravit, cum Socij in
vltimas vsq; Indiarum terras E-
uangelium intulere. Accipite
nunc breui vndequadraginta
Sociorum necem, dum in Bra-
siliam, fidei propagandæ, quæ
Occidentis Indiæ pars est am-
pla, & potens, proficiscuntur.
Misserat FRANCISCVS Portu
Calensiam in oram Ignatium
Azeuedum Lusitanum, vt ge-
nere, sic & pietate insignem: vt
Sociorum illic obiret Collegia,
quæq; opus essent, amplifican-
do regno CHRISTI, & Euange-
licæ prædicationi, diligenter in-
spiceret. Qua in re fidem, in-
dustriamq; omnibus probavit:
cuius

cuius vt ratio FRANCISCO tan-
 quam Societatis capiti, consta-
 ret, Romam versus proficisci-
 tur. Hic segetem quidem ma-
 gnam esse bene narrat, & ad
 messem albam, operarios vero
 paucos. Igitur FRANCISCVS
 iubet prouinciæ illius præfectū
 eoredire, & ex Hispania comi-
 tes colligere, ac trajcere in In-
 diam, qui se sponte offerrent.
 Permissum item tirones ali-
 quot Societatis candidatos,
 qui ad eam se expeditionem
 vltro darent, Societatem tran-
 scriberet, secumque duceret.
 Compertum enim adolescen-
 tes pietati addictos, linguis per-
 discendis aptiores: cæli item,
 solique genio, & alimentis me-
 lius affuescere. Collectis igitur
 ad vnde septuaginta Sociis, tri-
 bus eos nauib⁹ diuisit, quod vna
 omnes

omnes simul vehi, incommo-
 dum videretur. Quatuor supra
 quadraginta secum Ignatius
 prætorix imposuit. Alterâ Pe-
 trus Dias, sacerdos, cum aliquot
 Sociis conscendit: tertiam item
 reliqui. Classi, septem onerariis
 nauibus instructæ, præerat Lu-
 douicus Vasconcelus, nobilis
 Lusitanus, manu promptus, &
 strenuus, cū imperio in Brasiliã
 missus: lætus vehementer tot,
 tantorumque Sociorum, con-
 tubernio. Illic enim quiete,
 non secus atque in Collegiis,
 & amice agitabant. Dome-
 sticas pietatis, exercitationes,
 orandi, seipso excutiendi, &
 legendi religiose seruabant: ad
 nauales Socios, nautasque, &
 milites, is quoque fructus re-
 dundauit. Informati enim
 ad pietatem: sinistris verbis
 absti-

abstinere iussi sunt: libri item impudici, & otiosæ fabulæ manibus excussæ; pro his pij libelli repositi, & piaculares orbiculi, & Agni cælestis effigies. Ventum tandem est in Materiam Insulam. Hic prætoria naus, quam Ignatius conscenderat, ab aliis deflexit, Palmamque in Insulam, vnam è Fortunatis, currit. Discessuros primum ad se Ignatius Socios vocat, auguratusque, quod euenit, fore; vt in hæreticorum Piratarum manus inciderent, optionem omnibus dedit, vt si quis ex eo numero mortem pro CHRISTO oppetere detrectaret, in Materia Insula maneret. Qui cōstantes perdurarent, Sacramentis Ecclesiæ muniti, sese morti cōpararent. Quatuor duntaxat cesserunt metu, non satis ad mortem.

mortē parati. Quadraginta confessione rite expiati, sumptoque pane cælesti, peruigilio Principum Apostolorum, ministrante Ignatio, qui & Agni cereas imagines, Sanctorumque reliquias, Roma allatas, diuisit, hilares conscendunt: amplexi inter se alios, qui cum Petro Dias altera naui uehebantur: quasi præfagientes fore, ut postremū inter se complecterentur. Fortunatis iam insulis digressis, uenus, & frequens de martyrio sermo erat, ut eam mortem uotis exoptasse uiderentur: ut hoc tanquam celeumate prouecti Socij, non procul Palmensi portu conspecti quinque piratici myoparones, quos Iacobus Soria nobilis pirata ductabat: qui Calviniana labe aspersus in Catholicos infestissimo odio incurre-

cur
ctus
mni
rum
mo
verū
peri
gna
ves
tur,
hæ
ren
Vir
ma
tur
con
tan
op
per
for
lat
ita
diu

currebat. Rostrata statim inue-
 ctus accurrit, armata probe o-
 mni genere tormentorū æneo-
 rum. Ignatius verò, quod ani-
 mo prælagisset, suggerente Deo,
 verū esse mortis periculū com-
 perit. Adhortatus itaque ad pu-
 gnam omnes, constantiamque
 vestros, victores fore pollice-
 tur, siue morte occumberent ab
 hæreticis trucidati, siue vince-
 rent hostes. Imaginem itaque B.
 Virginis Roma allatam ea for-
 ma, qua S. Lucas pinxisse credi-
 tur, manu tenens, ad Sociosque
 conuersus, (qui Sanctorum li-
 tania cum lacrymis recitabant,
 opemq; diuinam, mortem op-
 petere parati, implorabant) sic
 forti animo postremum appel-
 lat. *Hodie omnes, fratres dilectissimi,
 ita mihi cor salit, vita migrabimus,
 diuinisque in celo epulis perfruemur*
 cum.

cum.

cum CHRISTO, & B. VIRGINE,
 ceterisq; calitibus. Praclarus certe
 nobiscum agetur, calis, quam Brasilia
 portum tenentibus. Orationi ita-
 que intenti, ad mortem nos compa-
 remus, quando hunc nobis postremū
 illuxisse diem credo. Interea præ-
 toriam Lusitanam pirata oppu-
 gnatam, nō tamen suorum sine
 sanguine, inuadit: cognito Ie-
 suitas (sic enim nostros plerique
 vocant) nauī portari, ad vnum
 omnes contrucidari iubet. *Pere-
 eant, inquit, pereant Papista, qui
 falsam Brasiliae doctrinā important.*
 Quamuis paulo ante sacerdoti-
 bus, & B. Francisci monachis ca-
 ptis, vitam condonasset, (sic enim
 Piratæ loquuntur, quoties
 à cæde temperant, quam per
 vim, nefasq; grassando inferre
 possent). Sociis tamen minime
 pepercit, licet tironibus adhuc
 plerisq;

plerisq;, & adolescentibus. Propius cum accessisset, vocem intendens: *Præcipitentur*, inquit, *in mare omnes illi Iesuitæ, Papiſtæ, hostes nostri acerrimi. Nec mora: milites duci non dissimiles, & hæretici, Socios inuadunt, tritis vestibus exspoliant, vulnera pugionibus infligunt, ijs primum qui raso vertice sacerdotes agnoscerentur. Plerique in mare præcipientes dati, brachijs manibusq;, ne qua enatandi spes esset, truncatis. Ignatius, quod animû singulis adderet hortando, & vrgendo, in capite vulnus accipit, vt fissum diffileret. Hic immotus mortem operiens, tribus cõfossus lanceis vociferãdo cadit. Testes, inquit, appello mortales, & Angelos, me pro fidei Catholica Romana professione occumbere: à qua ne latum quidem vnguem resiliendum.*

filiendū puto. Sociosq; respiciens
Filioli, inquit, mortē ne expauesci-
te. Imaginem Deiparæ manibus
eripere hæretici frustra conati
sunt. Benedictus Castrus, ima-
ginē & ipse CHRISTI de Cruce
pendentis, dextera præferens,
tribus glandibus ietus nondum
concidit. Igitur ferro punctim,
cæsimq; confodiunt, & semiui-
uum nauis deturbant. Emañue-
lē item Aluarum in facie vulne-
rant, tabulato affigunt, brachia,
eruraq; confingunt, ossa colli-
dunt: vtq; lentius, & diuturnius
mortis genus esset, extinctum
nolunt. Mox animam agens in
maris fluct⁹ præceps datus. Cæ-
teris ad imaginē genibus flexis,
in rabiem acti hæretici, gladio-
rum capulos capiti Blasij Ribe-
ræ illidunt. Quo ex vulnere cō-
sternatus, periit. Petro verò Fon-

secæ

secæ miles os pugione confodit, maxillamque soluens interimit. Didacum Andradam presbyterum, qui Ignatio succenturiatus erat, confessionibus aures dantem, Sociosq; hortantē, pugionibus confossum in pelagus præcipitant: cum diceret: *Pugnemus: Socij fortiter, sanguinis prodigi: CHRISTI enim sanguine redempti sumus.* Hæc dum strages fieret, languebant ex morbo, tædioq; nauigationis Gregorius Scribanus, & Aluarus Mendez, fallere itaq;, & latere potuissent ægroti, si animo libitum fuisset. At occasionem, palmamq; martyrij minime prætermittendam rati, in pedes ultro desiliunt, iniectaue veste seminudos se, iugulumque offerunt. Simon à Costa, quod corporis dignitate, generis quandam nobilitatē præ

præ

præ se ferret, archipirata à mili-
 tibus oblatus, intetrogatusq; à
 Soria, Iesuita ne esset? quamuis
 inficiando effugere, & dilabi
 potuisset, mori tamen, licet nu-
 per admodum Societati nomen
 dedisset, pro Religione maiorū
 maluit, quam desertor videri.
 Indignatus pirata in oculis iu-
 gulari, & in mare projici præce-
 pit. Nouem igitur, & triginta
 Socij sic occubere, feliciter,
 1570. Idib. Quint. anni cIo. Io. LXX.
 Singulorū nomina recensēbo.
 Ignatius Azeuerus Prouinciae
 præfectus, Didacus Andrada,
 Antonius Suarez, Benedictus
 Castrus, Ioannes Ferdinandus
 Olyssiponensis, Franciscus Al-
 uarus Couillius, Dominicus
 Ferdinandes, Emmanuel Alua-
 rus, Ioannes Mayorga Arago-
 nius, Alfontus Vena Toletanus,
 Gonza-

Gonzalus Henricus Diaconus,
Ioannes Ferdinandus Bracaren-
sis, Alexius Delgadu, Ludoui-
cus Correa Eborensis, Emma-
nuel Rodericus Alcorchetius,
Simon Lopez, Emmanuel Fer-
dinandes, Alvarus Mendez, Pe-
trus Munnos, Franciscus Ma-
galunius, Nicolaus Dinyus Bri-
gantinus, Gaspar Alvarus, Bla-
sius Ripera Bracarensis, Anto-
nius Ferdinandus Montis Ma-
ioris Emmanuel Pachecus, Pe-
trus Pontaureus, Simon à Co-
sta, Andreas Gonsalvus Viani-
us, Amatus Vasquius, Didacus
Perez, Misceus Ioannes Baëza,
Marcus Caldera, Antonius Cor-
rea Portuensis, Ferdinandus
Sanchez Castellanus, Gregori⁹
Scribanus Logrunensis, Franci-
scus Perez Godoi Torrichius,
Ioannes Zaureus Toletanus. Io-
annes

annes S. Martini Illescanus; Ste-
 phanus Zuraire Cantaber: qui
 simplicitate morum, & candore
 singulari cum esset, Placentia
 Hispaniæ digressurus, sacerdoti
 nostro: *Laeto*, inquit. *proficiscor a-*
nimo, certus de martyrio. Interro-
 gatusq; vnde tam constantet id
 assereret: à DEO qui ipsa Veritas
 est, reuelatum sibi respondit. V-
 nus Ioannes Sanchius periculū
 sic euasit. Dum vectores à So-
 cijs pirata separat, & manus cui-
 iusq; vestesque contemplatur,
 hunc vt pannosum, manibusq;
 callosis intuitus: *Tu ne*, inquit. *co-*
quus es Iesuitarum? Affirmauit il-
 le nihil perterritus: tamen quod
 iuuenis admodū esset. breuiori-
 que veste incederet, & sibi co-
 quendo vsui fore putarent, la-
 nienæ eripitur: delatusque cum
 illis in Aquitaniā: mox in fugam

se do
 nimin
 fide,
 rem g
 non c
 psi, e
 ne in
 rum
 benig
 Mart
 in Io
 ctus
 duit
 pella
 cti co
 ptus
 bat t
 ter:
 quā
 pijs
 cum
 afflic
 dest

se domum versus dedit : DE O
 nimirum ita iubente, vt maiore
 fide, tanquam oculatus testis,
 rem gestā referret: quamquam
 non defuere & alij, qui fuga ela-
 pſi, eadem enarrarunt. Verum
 ne integro quadraginta Socio-
 rum numero vnus deesset, DE I
 benignitate, veluti Felici olim
 Martyri Adauctus quidam, qui
 in Ioannis Sanchij locum suffe-
 ctus, eiusdem pæne nomen in-
 duit. Sanctus Ioannes vulgo ap-
 pellatus, classis Lusitaniæ Præfe-
 cti cognatus. Hic Socijs adscri-
 ptus non erat ab Ignatio: opta-
 bat tamē candidatus vehemen-
 ter: quare ab illius latere nun-
 quā discessit, Socios in omnibus
 pijs exercitationibus imitatus,
 cum orando, tum meditando
 assidue. Hic ad cædem similiter
 destinatus, nihil tergiuersatus,
 emori

*In Mar-
 tyrol. 30.
 Augusti*

emori maluit, quam ut salutis
 æternæ opportunitatem ami-
 sisse videretur. Iugulatus itaq;
 & in mare deturbatus. Sic &
 quadraginta Martyribus, Seba-
 ste, sub Imp. Licinio, quos Basi-
 lius, eiusq; frater Nyssenus Gre-
 gorius, disertis sermonibus lau-
 darunt, accessit vnus satellitum,
 custodia adhibitus: ne quadra-
 ginta coronis in cælo spectatis
 vna deesset. Vectores hic omnes
 Soria liberos abire permisit, ex-
 spoliasse contentus: in Socios
 vero sæuiit, non exspolians so-
 lum, verum etiam innocentes
 trucidans: quod & à puero hæ-
 reticam immanitatem imbibit-
 set. Ingenium enim Sectario-
 rum est, eorum præsertim, qui
 se Calvinianos, & Puritanos ia-
 ctant, ut in pios omnes Catho-
 licos grassentur.

CAPVT

p. Martii

CAPVT XI.

Duodecim rursus Socij ab hæreticis iugulati.

NEC cæteri huius nauigati-
onis Socii à cæde, pericu-
lisque immunes fuerunt: qui
Petrum Diaz sacerdotem secuti,
Materia in insula remanserant.
Omitto tædia longæ nauigatio-
nis, quindecim amplius mensiū,
atque pericula: de exitu agamus.
Ad insulas maris Atlantici delati
Badouentum, hinc ad S. Domi-
nicum, mox Cubam, variis, fœ-
disque iactati tempestatibus, ad
Tertiam insulam tandem appel-
lunt. Hic iactis anchoris, quatu-
ordecim Socij, qui Petro Diaz
commissi fuerant, conscende-
runt prætoriam Ludouici Va-
sconceli. Is cæteras naues exar-
matas relinquere coactus, vt
male compactas, rimasque agē-
tes,

O

tes,

tes, quod plerique aut fuga dilap-
 pli essent victores, aut morte
 obita desiderarentur, vnam in-
 struxit, oramque soluit Tercera
 in Brasiliam versus, postredie
 Nonas Septemb anno clo. lo.
 lxxi. Octiduum ferè ventis ex
 voto spirantibus, longiusque
 prouectis, apparent vela myopa-
 ronum quinque. Ex his quat-
 tuor Gallus ducebat Ioannes
 Cadouilius, hæretica perfidia,
 & animo in Socios, pioque om-
 nines Iacobo Soria nihilo infe-
 rior. Vna Britanni piratæ erant
 Ludouicus, vt erat navigandi
 peritus, cognito, id quod erat
 periclitari omnes, ad pugnam
 hortatur: signoque dato clas-
 sicum cani, arma expediri iubet
 & in verba sua sacramento ad-
 git: vt se quisque, Fidem, Reli-
 gionemq; maiorum, armis ab-

1561.

hæret
 Socij
 dent,
 re vell
 tiam r
 auxiliu
 mus L
 uarch
 tes: da
 gendi.
 gnam
 us d e
 riam
 oppug
 one. C
 glande
 pides i
 confes
 to san
 terem
 uista
 sam c
 inuad
 ha

hareticorum incurſu tueatur. Socij quoq; blandis verbis ſua-
 dent, ſi feliciter in hoſte pugna-
 re vellent cum DEO prius in gra-
 tiam ritè conſeſſi redirent, à quo
 auxiliũ ſperare iuberentur. Pri-
 mus Ludouicus paruit, mox Na-
 uarchus, cæteri que ordinè mili-
 tes: datumque tempus ſui colli-
 gendi. Nox enim, & tenebræ pu-
 gnã impediabant. Poſtridie e-
 ius d ei vix dum illuxerat, præto-
 riam grauitè myoparonibus
 oppugnant, cinguntque obſidi-
 one. Obſiſtunt fortiter Luſitani,
 glandes mittunt; globos, & la-
 pides in hoſtem iaciunt, manus
 conferunt, vi geritur res: vt mul-
 to ſanguine ſteterit victoria, in-
 teremptis aliquot piratis. Cor-
 niſtandem nauem comprehen-
 ſam conſcendunt, captamque
 inuadunt. Ludouicus fortiſ-

simi Ducis functus officio, qui
 hortando, qua pugnando, bini
 plumbeis glandibus ictus, vul-
 neribusque cominus confossus
 concidit. Irrumpunt hostes ma-
 gna vi: ignotum exuunt, praeci-
 pitantque in mare. Reliqui ve-
 ctiores, hostium potiti sunt. Me-
 cellam ingressi, Franciscum Ca-
 strium, sacerdotem, qui Naua-
 cho è vulnere animam agere
 aderat, auresque confitenti da-
 bat, repertum, multis ferri ictu-
 bus confodiunt, rabie agitati
 quod Pœnitentiæ Sacramentum
 infesto animo excordes oderunt
 Petrum item Diaz iisdem occu-
 patum officiis qui ad Castrium
 collegam laborantem aduol-
 rat, cum Gaspare Goezio admi-
 dum adolescente, qui à senis
 tere non discedebat, immaniter
 iugulant. Vndecim, qui restite-
 rant

tant
 mot
 Chri
 fide
 tur p
 tume
 dem
 cellu
 litum
 gonit
 brach
 lane
 set, a
 cisco
 in alt
 perst
 gunt
 inter
 misfo
 sam
 prim
 in au
 addi

tant. Socij, inter se hortari, animosque addere, ad fortiter pro Christi nomine, & orthodoxa fide occumbendum. Rapti igitur pugnis, vulneribus, & contumeliis affecti innumeris, tandem vincētis post terga manibus, cellulæ inclusi, addita etiam militum custodia. Michaelē Aragonium, quod accepto secundū brachium vulnere, dum vincula nectuntur arctius, ingemisset, apprehensum, vna cum Francisco Paulo, qui latus claudebat, in altum deturbant. Nouem superstites noctem in vinculis agunt, eorumque aures flagellant interim contumeliis, blasphemisque in DEVM, eiusque sponsam Ecclesiam. Lucēscēbat iam, primæque preces hæreticorum in aurora fusæ, vt morti Socios addicerent, tanquã suos, vt ple-

no ore pronunciabant, hostes
 Iesuitas. Igitur ind. cta caussa, la-
 taque mortis sententia, antenni
 primum suspendere constitue-
 rant: post, auaritia ducti, quod
 magnam auri vim è Lusitania
 portari, templis in Brasilia ædifi-
 candis, putarent, cunctandum
 rati: vbi nihil repertum, hiantes,
 ac prædæ spe decepti, immani, &
 plulquam barbara crudelitate
 innoxios pulsant, calcibus pe-
 tunt, pedibus humi conculcant,
 canes adhæc, latrones. Papistas
 Dei que hostes nominant. Soc
 verò, sicut oues ad lanienam du-
 cti, ne verbum quidem contra
 hiscere, sed patenter ferre. In
 tum tandem præcipitatur. Du
 natandi ignari, fluctibus ille
 merguntur; quinque natand
 periti inuicem adhortantes, in
 uantesque, aliquandiu durarunt
 illa
 fusa
 peti
 nan
 nata
 euan
 ipse
 lum
 fruf
 sis a
 mal
 hæc
 alia
 pau
 vesti
 sta
 rur
 na
 An
 tes
 bar
 scu
 sus

illa tandem oratione ad DEVM ^{Psal. 50.}
 fusa, *Tibi soli peccaui*, tres fundum
 petierunt. Didacus verò Ferdi-
 nandus, scapha piscatoria ad-
 natando exceptus, naufragium
 euasit. Sebastianus Lopez, &
 ipse conspecto in obscura nocte
 lumine, nauigium accessit, sed
 frustra fuit: verbis contumelio-
 sis ab hæreticis acceptus, & in
 malam rem abire iussus; vt sunt
 hæreticorum ingenia: receptus
 alia tandem nauicula hominis
 paullo humanioris, & angulo,
 vesteque tectus. Hi rem, vti ge-
 sta est, oculis inspectam narra-
 runt, periculis defuncti. Nomi-
 na verò duodecim Sociorum ex
 Annalibus recensebo. Sacerdo-
 tes quidem duo gregem duce-
 bant, Petrus Diaz, & Franci-
 scus Castrus. Fratres verò, Alfon-
 sus Ferdinandus, Gaspar Goes,

Andreas Pais, Ioannes Aluarus, Petrus Diaz, alter Ferdinandus Aluarus, Michael Aragonius, Franciscus Paulus, Petrus Ferdinandus, & Didacus Gondifaluuus. Neque hic furor substitit, atque immanitas. Nam & in DEVM, Diuosque impij, non contenti Socios feris obiecisse, monstrisque marinis, reliquias etiam omnes Sanctorum, & imagines, cereasque Agni caelestis effigies, & piaculares orbiculos in fluctus spargunt, atque disseminant: quibus adminiculis Socii barbaras illas, & incultas Brasiliae gentes delinire, & ad CHRISTVM allicere cupiebant. Quorum excessum idcirco retuli copiosius, cum vt consolationi mors sit piorum, & exemplum superstitionibus exstet: tum vt fidem maiorum hodieque etiam sangu-

guir
sang
hac
Inte
vnd
uert
nun
tula
que
cem
verh
pera
San
acco
ran
cat
tem
per
cap
s r
gra
tat

guine, qui clamat ad DEVM, vt sanguis Abel, stabiliri, quisquis hæc leget, vel audiet, intelligat. Interim FRANCISCVS, vt vnde digressi sumus, eodem reuertamur, accepto hoc tristi nuncio, mortem Sociorum gratulatus, qui fortiter, constanterque occubissent; Indorum vicem miseratus est, qui talibus verbi ministris, hæreticorum opera, ac beneficio, priuati essent. Sanguinem itaque fustum DEO acceptum libens referre, veneransque precari, eundem sibi, cæterisque Sociis animum, mentemque daret. Felices etiam sæpenumero appellauit, qui bona, caput; omnia denique CHRISTO impendentes, hinc emigrassent, vitæque miseræ calamitates effugissent, feliciter.

*Collegia Societatis passim a-
dificata.*

ET hi quidem Socii sanguine
viam sibi ad immortalitatem
munierunt: eorum cædes adeo
alios non deterruit, vt plures et-
iam in dies Socij id ipsum votis
expeterent. Nec Sociorum dun-
taxat numerus creuit, sed &
Collegiorum magna eo ipso tẽ-
pore facta accessio est. Nos or-
dine pleraque locorum & tem-
porum, quoad eius fieri potest,
habita ratione referemus. Igitur
apud Lusitanos, vt ab vltimis
terræ finibus auspicemur, Reges
illi singulari in Societatem stu-
dio, & beneuolentia, (quam &
recens ortam munifice comple-
xi sunt, & è patrio solo, India-
rum in remotas regiones tran-
stulerunt) insulis Materiæ, &
Ter-

Tertiæ Collegia Sociorum, magno insularum commodo, excitarunt. Optabant enim pij Reges non tam suum, quam CHRISTI Regnum proferre: suosque, depulsis iam errorum tenebris, Christianæ Religionis præceptis imbui, vnaque cum nutricis lacte imbibere pietatem. Anno itaque opinor clo. 1570. Io. LXX. in Materiam Rector cum Socijs aliquot conscendit Emmanuel Sequeyra. Angram verò, quæ metropolis est vnius insularum Tertiæ, primus proficiscitur Ludouicus Vasconcelus. Rex è publico stipendium alendis Socijs, quod satis esset, assignauit.

Eo ipso tempore in Baetica Collegium Baezanum his ortum principiis. Eluira Abila, matrona nobilis, testamento sua

le-

legauit alendis Sociis. His accessit, Collegij S. Iacobi, à Compostellano diuersi, redditus, quod à Didaco Carillo Caruacalio non satis fundatum, non habitabatur. Patronorum itaque voluntate, vt vltima testatoris rata voluntas esset, Pontifex supplicibus bello rogatus, Societati attribuit. In Toletana Prouincia per idem tempus Huetense Collegiū habitari cœptum, triennio quidem ante inchoatum: quo anno Stephanus Ortifius, Sacerdos diues, patriique commodi in primis studiosus, moriens sua, Sociorum alimento, incolarum beneficio, reliquerat. Apud Siculos item Calataierone (id opidum insulæ vmbilicum tenet, opulentia clarum, & frugum messe) Socij acciti domicilium habere cœperunt, & ex arario
ali;

ali, fructum animarum tanquã
manipulos relaturi. Redeo in
Hispaniam; in Castellana pro-
uincia, Legionense Collegium
instituit, dotauitque Ioannes
Sancti Æmiliani cognomento,
eius urbis Episcopus, singulari
vir & castimonia, & vitæ austeri-
tate. Propositum enim Præsuli
innocentissimo, ex Tridentinæ
Synodi iussu, egenos alumnos
ad Sacerdotij dignitatem infor-
mare, qui iam natu grandiores,
in Domini vinea colenda, labo-
ris in partem venirent. Quæ spes
eum non fefellit. Dici enim vix
potest quanto studio, sopita illis
locis ingenia, extinctosq; igni-
culos, Socij docendo, & concio-
nando, excitarint. Malacitanum
Collegium Baeticæ Prouinciæ,
eo ipso anno cœptum, liberali-
tate Francisci Blanci, Episcopi.
Hic

Hic olim Orietanus Episcopus,
 Montis regalis Collegium So-
 ciorum Prouinciæ Castellanae,
 alimentis auxerat: nec his con-
 tētus fuit. Archiepiscopus enim
 creatus Compostellanus, Sociis
 ibidem domum sua pecunia ex-
 ædificauit: Sociosque qui Sa-
 lamantice in sacra studia incum-
 berent, liber aliter fouit. Vetus
 nimirum Sociorum patronus,
 ex quo Tridentino è Concilio
 in Hispaniam Episcopus reuertit.
 Villagarziensis domus Tiro-
 nes Socios informat, perficit ve-
 teranos. Hanc nobilis, vereque
 generosa matrona Magdalena
 Vlloa, à fundamentis ingenti
 sumptu ædificandam curauit:
 partim auctoritatē secuta con-
 iugis morientis, Ludouici Qui-
 xadae, qui Præses Indici Senatus,
 dum vixit, fuit, & à consiliis inti-
 mis

mis Philippo Regi Catholico,
eiusque oppidi dominus: par-
tim vt incolarum Liberos opti-
mis disciplinis, Sociorum opera,
moribusque imbueret. Id qui-
dem vltimū Collegium FRAN-
CISCVS in Hispanica profectio-
ne, qua de infra dicitur com-
modius, admisit, probauitque.
Ila verò matrona, summo pie-
tatis studio, alterum Ouetense
Collegium Socijs exstrui iussit:
eo solum consilio, quod omnē
illam Asturum regionem cul-
tura, literisque indigere audi-
uisset. FRANCISCVS in ea ipsa
Hispanica legatione, anno, qui
fuit ei vltimus, cIo. Io. & LXXII.
in Gallia, Burdigalense Collegi-
um ciuitatis sumptibus exstrui
permisit, Sociosque missurum
se recepit. Alterum item Niuer-
nense beneficio cœptū Ludoui-
ci

ci Gonzagæ, eius ditionis Regu-
 li. Ea tempestate in Lotharingia
 Collegium Mussipontanum in-
 stitutum, liberalitate Caroli Lo-
 tharingi, Cardinalis amplissimi,
 hominis summa prudentia, an-
 tiqua fide, egregia doctrina, pro-
 pe singulari eloquentia. excel-
 lentis: quibus artibus egregie
 Catholicam fidem. semper de-
 fendit: omnique adeo familiæ
 Lotharingicæ, & Guisicæ, laus ea
 propria, ac pæne singularis, (san-
 guinis enim prodigi semper ex-
 stiterunt), vt orbi testatum reli-
 querunt. Multum sane viderat
 prudens ille vir, Gymnasiū hoc
 tanquam molem, murumque
 obijci oportere, hæreticorum
 audaciæ, atque tumultibus. In
 Germania, Rhenana in Prouin-
 cia, Fuldense inchoatum Colle-
 gium Societati Abbatis, Princi-
 pis-

pisque Imperij Balthasaris sum-
ptu edificatum. In Polonia quo-
que tum Posnaniense ab vrbis
Antistite institutum. In Austria
Prouincia, Brunæ, quæ in Mo-
raua sita vrbs est, tironibus So-
ciis è publico domus data. In Ita-
lia verò, in prouincia Insubrum,
altera tironum domus Aronæ
attributa à Carolo Borromeo,
Cardinali sanctissimæ vitæ, qui
& Mediolanensis Collegij au-
ctor exstitit: quod quidem do-
micilium, cum ad sancti Fidelis
ædem sacram esset, vertit in do-
mum Professorum Sociorum.
Collegiumque inde, Breranum
in templum transit. Humiliato-
rum olim ea sedes fuerat; quam
Religionem Pius v. ea fere tem-
pestate exstinxerat, Sociorum-
que vsui attribuit: hodieq; pos-
sidentur magna ciuium volunta-
te si-

te simul & fructu. Et hæc quidem triennio condita à FRANCISCO Collegia memoria reposito, nisi forte, vt sunt res humanæ, quædam nos fugerunt.

CAPVT XIII.

*Summo se magistratu abdicare
conatur FRANCISCVS.*

HIs fere occupatus, magno Ecclesiæ commodo, & Societatis, FRANCISCVS tenebatur: tamen, quæ erat animi demissione, atque modestia, cum cæteris satisfaceret omnibus, sibi ipsi nunquam: magistratu abire, seque abdicare decreuit: sperans fore, vt si eadem alter potestate polleret, maiores Sociis fructus adferret. Tum se annis fessum, labore fractum, & morbis variis obnoxium. Onus sibi ad hæc
gra-

grauius in dies magis, magisque
 impendere, & in tanta Collegio-
 rum Societatis accessione au-
 ctum in laborem. Molestum &
 illud, negociis se quasi immer-
 sum quotidie emergere nō pos-
 se, ac veluti Euripi æstu abripi,
 variasque in partes distrahi: quo
 fieret, vt orationi sacræ, in his
 temporis angustijs, operam da-
 re commode non posset: qua v-
 na mentis exercitatione, diui-
 noq; alloquio, nihil esset illi aut
 antiquius, aut iucundius. Me-
 moria repetebat, qui eundem
 magistratum antea gessissent,
 Ignatium atque Laynem, idem
 olim tentasse. Ignatium etiam
 optionem alterius Prepositi Ge-
 neralis creandi Sociis dedisse. Illi,
 inquit, *præstantissimi viri, tot, tan-
 tisque dotibus à DEO ornatī, vitæ
 innocentia, & sanctitate præ-
 stantes*

stantes, cum leuius adhuc munus hoc
 esset, administranda Societatis,
 (quorum tamen ne umbram qui-
 dem consequi, etsi maxime coner,
 possum) idem tentarunt: itaque &
 mihi longe illis inferiori, hoc praefer-
 tim tempore, quo nimium quantum
 hic labor excreuit, forsitan ex voto
 succedet, quod opto. His fere ratio-
 nibus in eam sententiam ingres-
 sus FRANCISCVS, re diu mul-
 tumque deliberata, Deoque sa-
 crificiis, & orationibus consul-
 to, Patres, qui assistere in delibe-
 rationibus solerent, conuocat:
 quid cogitasset, fixumque habe-
 ret, aperit. *Propositum est*, inquit,
Societatis conuentum indicere, de
nouo generali Praeposito deligendo:
senex enim iam: fessaque atate, &
infirmo corpore, laboribus item fra-
ctus, rebus gerendis publicis non satis
idoneus videor: neque puto hoc à me
diutius

diutius ferri onus posse, magnum sa-
 ne, & graue. Vel Romana negocia
 satis sint, quibus obeundis succum-
 bam Quod si sanctissimis viris, Igna-
 tio, & Layni, quibus cum ego nullo
 modo conferendus, id ipsum attenta-
 re licuit; quanto equius mihi conce-
 di, quem corporis iam, animique vi-
 res deficiunt. Rem igitur arduam,
 aequal lance expensam, Deoque au-
 thori commendatam, quod veritas
 bene, nunc etiam vobis, Patres, pro-
 ponere libuit. Qua in re vt auctores
 sitis, etiam, atque etiam oro. Quo fi-
 er, vt iam defessis nobis, integer suc-
 cedat, qui & velit, & possit commu-
 nem Societatis rem tractare. Erit sa-
 ne id è re Sociorum omnium, & per
 mihi gratum, ad Deique maiorem
 gloriam. Equidem tempus colligen-
 di mei, affecta hac etate, iure postu-
 lo, vt morti, qua vestigiis imminet
 nostris, liber à curis, atque negociis,
 rectius

rectius me comparem. Sic ille. Patres contra sermonem refutare: hac de re, quæ Societati fraudi esset, silere iubent: studium quidem laudant colligendi sui, re tamen exequi velle, id damnant; nec Deo, hominibusq; volentibus futurum, quibus ille auctoritatem dedisset, quosq; iuisset plurimum, magno Societatis incremento. Hi vero administrandi etiã formam, rationemq;, illius, quem elegissent præpositum, vehementer ad eam diem probarent, in oculis ferrent, & obseruarent. De orationis studio, & ad mortem præparatione, sic haberet, plus illi meriti accessurum, si Deum orans, plurimorum etiã commodis inuigilaret, quam si in vnã precationem priuatus incumberet. Mortem adhuc recte factis, plurimisque bene

bene de aliis merendo officiis,
 tutius expectari. Et vero Impe-
 ratoris iniussu, militi de statione
 decedere non licere: Deo itaque
 pareret. Ad exempla quod atti-
 net, Ignatium quidem, & Lay-
 nem optasse idem potius, quam
 sperasse. Neutrum itaque conven-
 tum Sociis publici ū ea causa in-
 dixisse. Per suasum enim illis, da-
 mno id Societati fore, & sum-
 ptui: denique quod peterent, non
 impetraturos. Idem denunciare
 nunc sese illi: animo itaque secu-
 ro esse iubent, nunquam ipsam
 effecturum, ut quorum in illum
 unū tot vota conspirarunt, iidē
 magistratu eundem abire si-
 nant: pergeret porro constanter,
 ut adhuc, rectum clavum tene-
 re. His rationibus, quod frustra
 obniti se animadverteret, in prę-
 sens acquieuit.

CAPVT XIV.

*Profectio in Hispaniam, Galliam-
que Pij Quincti Pont. iussu
suscepta.*

DVM curis solui petit FRAN-
CISCVS, non modo excu-
tere iugum non potuit; sed et-
iam pondus suscepit nihilo leui-
us, certe grauissimum. Iussu e-
nim est à Pontifice Pio v. comi-
tem se dare Alexandrino Cardi-
nali, agnato, in Hispaniam, Gal-
liamque ad Reges legationem
obeunti. Selimus enim Turca-
rum Imp. Venetis ea tempestate
bello indicto, Cypri regnum ar-
cta classium obsidione cinxerat;
expugnataque vi metropoli Fa-
maugusta, & Nicosia, quarum
illa *Salamine*, vel *Tamassus* vete-
rum putatur, Venetorum duces
contra fidem datam, v'sitata ei
gen-

genti barbarie, contrucidarat :
 quod fortiter se, remque publi-
 cam armis defendissent. His vi-
 & toriis hostis, vt fit, elatus, Euro-
 pæ inhiare, iugulisque omnium
 imminere videbatur. Terror sa-
 ne omnes peruaferat. Pontifex,
 vt verè parens, & aduigilans gre-
 gi Pastor, Venetorum precibus
 adductus, ad opem laboranti
 reipub. Christianæ ferendam a-
 nimum appulit. Quare in fœde-
 ra concordia Reges, atque dy-
 nastas Europæ vocandos cen-
 suit: ne quid Respub. detrimen-
 ti caperet. Legatum itaque Ale-
 xandrinum Cardinalem, vna cū
 FRANCISCO Borgia, qui con-
 filiorum particeps esset, quod &
 prudentia polleret, Regesque
 affari, animosq; tractare nosset,
 quam maturrime misit in Hispa-
 niam, vt Philippum Regem Ca-
 the-

tholicum, Gallorum Regem
 Carolum Nonum. Venetæ,
 Pontificiæque classi, belli fœde-
 re sociarent: quo coniunctis co-
 piis, perpetuum, immanemque
 Christiani nominis hostem Tur-
 cam arcere, atque repellere, &
 à vi prohibere possent. Omnes
 enim seruituti Christianos addi-
 xisse insolens victor dicebatur.
 Fœdus (vt paullulum via defle-
 ctam) non ita multo post ictû,
 conductæ copiæ, & instructa
 classis est. Imperator dictus
 Ioannes Austriacus, qui & re-
 giæ tum classi in Italia præerat.
 Pugnatum est Non. Octob. ad
 Echinadas insulas, & Naupa-
 ctum, ad sinus Corinthiaci fau-
 ces, non procul ab Actio pro-
 montorio: vbi Antonium cum
 Cleopatra Augustus superauit.
 Turca ad internecionem cæsus

pau-

paucis fuga dilapsis triremibus,
 vt mare etiam sanguine tinctum
 ruberet. In hãc ipsam belli naua-
 lis expeditionẽ, Socios cõplures
 Pontifex misit, quibus præfuit
 Christophorus Rodericus, do-
 ctor Theologus. Hi præclarã in
 tempore naualibus sociis, militi-
 busq; operã nauarunt, qua hor-
 tando, qua ægrotos cõsolando.
 Collectis iã, & iter ingressuris, il-
 lud admirandũ accidit Cum Pij
 pedes osculãtes, benedictionem
 postularent, sic appellauit: *Ite, &
 redite felices. Ioanni Austriaco, sum-
 mo classis imperatori, lætũ hunc meis
 verbis portate nunciũ. Macte animi,
 magne iuuenis: & fortiter in hostem
 pugnare, manusq; conserere ne dubi-
 tes, neue cunctando ductes bellum, &
 bene gerẽdã rei occasionem omittas,
 Cauere volo, absit libido à clastariis,
 & in aleã ludendĩ cupiditas. Pugnã-
 dura*

dum est Duce, atque auspice CHRIS-
 T O. Sic te victorem videam, DEI
 exercituum benignitate. Respon-
 dit optimi Pontificis vaticinati-
 oni euentus. Parta, non sine san-
 guine, victoria est, victrixque
 classis ouans rediit, hostium spo-
 liis, in ipso hostilis maris sinu de-
 tractis, ditior. Signa ademptra
 domum relata, templorum tho-
 lis appensa, hodieque spectan-
 tur. Sed hactenus digressi, ad no-
 strum institutum reuertamur.
 FRANCISCVM Pius accitum,
 amice compellat: se opera illius
 vti Reip. commodo velle. Possit
 ne integra valetudine in Hispa-
 niam iter habere? Vnum illum
 comitem Alexandrino Cardi-
 nali destinasse; vt Legatum re,
 consilioque iuaret. Dein, quæ
 cum Regibus Gallia, Hispania,
 & Lusitaniae agi cupiat, ordine

exp
 voc
 ex A
 dim
 spar
 c I
 Gor
 min
 Ferc
 s c r
 litter
 giam
 rus, f
 que l
 fieres
 Kal.
 Socia
 ad
 mitte
 habeo
 nunci
 nisse i
 bolib

exponit: beneque proficiscenti
 voce, crucisque signo precatus,
 ex A.D. quint. Kalend. Quintil.
 dimittit. Sextil. verò exeunte Hi-
 spaniam salui attigerunt, anno ^{1575.}
 CIO. IO. LXXI. Ad Legatum in
 Gothalaria, Regis Philippi no-
 mine salutandi gratia, missus
 Ferdinandus Borgia, FRANCIS-
 CUS filius, regiasque patri hasce
 litteras obtulit: *Ferdinandum Bor-*
giam ad Legatum Pontificis missu-
rus, faciendum putavi, ut ad te quo-
que litteras darem: quibus certior
fieres, tuas mihi redditas, postridie
Kal. Quintiles datas. De duodecim
Sociis in nouam Indiarum Hispaniã
ad disseminandum Euangelium
mittendis, per mihi gratum fuit, &
habeo gratiam. Letus & ille mihi
nuncius accidit, qui saluum te ve-
nisse in Hispaniam attulit, & vide-
bolibeus. Cetera Ferdinandus tu-

326 DE VITA FRAN. BORG.
us à me referet, quem ad te etiam al-
legavi, cum salute, quam & abs te
exspecto. Ex D. Laurentij ade A. D.
II X. Kal. Septemb. Cl. I. LXXI.
Eodem ferè argumento, paulo
tamen copiosius, alteras dedit
Didacus Spinosa, Episcopus Se-
guntinus, Consilii Regii Præses,
& Quæstorum fidei princeps,
Regi tum Catholico in paucis
carus, acceptusque. Barcinone
Valentiam profectis, occurrit
Carolus Borgia, Gandiæ Dux,
filius natu maximus, magna
clientum manu. Hunc proxi-
mè secutus FRANCISCVS Bor-
gia nepos, Valentiniæ nobilita-
tis flore stipatus. Genibus vter-
que accidens, ad Legatum à pa-
rente missus est: à quo solemniter
more benedictionem accepere.
Veteres ad hæc familiæ clien-
tes, domini memores, incredi-
bill

biligaudio post tot annos aspi-
 ciebant. Ille verò paucis So. iis,
 quos itineris comites habuit, sa-
 lutantium turba digressus, &
 pompam declinans, furtim se
 subduxit, Valentiamque clam
 ingressus in Collegium Socio-
 rum se recepit. Patriarcha mox
 Ioannes Ribera Archiepiscopus
 Valentinus, honoris gratia,
 FRANCISCVM inuisit, & li-
 cet quatrimum tantum ibi mo-
 rari per negocia liceret, templi
 tamen suggestum vt ascenderet,
 ad populumque verba faceret,
 rogat. Mos gerendus erat ho-
 nesta petenti, quamuis colligen-
 di sui tempus non haberet.
 Hinc tantus hominum concur-
 sus fuit, tanquam ad Panegy-
 rim, & ad inuisitatum specta-
 culum, Ducem verbi DEI Ec-
 clesiasten agere, Ægrè sanè ed

pulpitum perumpere potuit: & incredibile, quanto studio in patria solo auditus fuerit; ut & Gaudia ad illum audiendum, videndumque frequentes confluxerint. Madritum versus profectus, paululum via deflectens, Villaregiense Societatis Tirocinium adiit. Hic læte expectateque acceptus à Sociis, à Collegij item auctoribus, Ioanne Silua ditionis domino, & Hieronymo Mendoza coniuge; utrosque alloquiis, piisque sermonibus deiecit. Madritum Carpetanorum vbi ventum est, Legatorum Rex honorifice obuiam de more processit: FRANCISCVM etiam humaniter complexus, & ut consiliorum socium Legato additum, libenter audiuit, omnibusq; deliberationibus adhibuit. Re tota, mox facile ex
ani-

animi sententia gesta: Regi enim verè Catholico, rem per se necessariam, vt illa tempora erant, persuadere difficile non fuit. Priusquam Lusitaniam versus discederet FRANCISCVS, Regi Catholico, per Marchionem Dianij, generum suum, domo misit Crucis CHRISTI fragmentum: addita hac epistola. Mitto ad te, magne Rex, muneri particulam illius Crucis, de qua DEI filius, redimendo generi humano, pependit. Reliquiarum hac præcipua augustissimo templo digna visa, quod me edificandum curas Deo Opt. Max. eiusque Martyri fortissimo Laurentio. Deinde ad subleuandos Crucis labores, quos fers quotidie, tot regnis administrandis. Equidem peccator magni loco beneficij duxero, si me sacerdotum, ministrorumque tuorum aliquo esse in nu-

meo patiaris, deprecantem quotidie
 DEVM pro tua incolumitate. Sic
 ille quam diuissime suppressisse te ve-
 lit Reip. Christiana, vt tandem ca-
 li beatitudine, vita, laboribusque
 defunctus persuaris. Mirifica Rex
 læticia perfusus, & cum otculo
 Crucem veneratus, sua manu
 gratias FRANCISCO egit. Red-
 didit mihi gener tuus, Marchio Di-
 anij, Crucis Dominica particulam.
 Quam verò libenter acceperim, noli
 querere: cum per se: quid enim li-
 gno illo preciosius? tum quia ipse, si
 quis mortalium, maximè indigeo
 Crucis presidio, vt recte mones. De-
 nique quia abs te profectum munus
 est, cuius in manibus maiores fru-
 ctus referret, in meis haud scio quid
 futurum sit. Faxit ille DEVS, Cru-
 cis vt meritis non indignus videar.
 Tametsi non dubito, te cum Sociis
 omnibus, pro salute Regia quoti-
 die,

LIBER TERTIVS. 331

die, vt scribis, sacris operatum, de
precari eum, qui Cruci affixus nos
redemit à tyrannide mortis aeternae,
tamen vt idem constanter agas, ite-
rum, atque iterum rogo: idque eo
frequentius, quo magis necessarias
mihi, Republicae administran-
dae, piorum preces cognoris. Salue,
& Vale.

Tabulis verò actuariorum, &
tabellionum testificatione, o-
stensum erat, verum id esse Cru-
cis Dominicae lignum: Rex ta-
men FRANCISCVM subscri-
bere iussit; idem sibi videri: cu-
ius testimonium instar esset o-
mnium testium. In aula regia,
tot, tamque frequentes Princi-
pum salutationes fuere, vt ne re-
spirare quidem integrum esset.
Prouinciarum item Societatis
Praefecti quamprimum aduo-
larunt: vt in commune con-
sule-

352 DE VITA FRAN. BORG.
sulerent, & de re Societatis
publica agerent: quos, dum,
temporis angustiae pariebantur,
audiuit, hilaresque dimisit. Col-
legia verò, qua iter haberet, li-
benter inuisit, vt Socios praesens
consolaretur, animosque diui-
nis sermonibus reficeret:horta-
returque ad reliquum vitae cur-
riculum conficiendum, donec è
carceribus ad calcem peruentum
esset, feliciter.

CAPVT XV.

*In Lusitaniam, post in Galliam
proficiscitur.*

HINC in Lusitaniam ma-
dæ gratia, Legatus contendit.
Occurrit in finibus, à Rege mis-
sus Theodosij Ducis Brigantini
frater Constantinus: qui in Ori-
entis Indiae regnis regia auctori-
tate

tate Prætor fuerat: nobilis iuxta
 ac pius, singularique in Socios,
 quæ propria eius familię laus est,
 benevolentia. Sebastianus Rex
 ad Oceani littus legato obviam
 processit, Dynastis omnibus sti-
 patus, & equitibus, quo nimi-
 rum studio Pontificis Legatos
 accipere maiores soliti erant.
 FRANCISCVM quoque co-
 miter habuit: Catharina item a-
 uia illius, & Henricus regni
 Princeps Cardinalis. Hic expo-
 sita legatione publica, priuata
 quædam FRANCISCVS ne-
 gocia, Pontificis, & Philippi Re-
 gis mandato gessit, ad exitumq;
 perduxit. Madritum mox reuer-
 tuntur: paucosque dies ibi mo-
 rati, in Galliam per Pyranæos
 properant, stipante, Regis iussu
 Ferdinando Borgia FRANCISCI
 filio: vt qui gratulatum aduen-
 tum

tum

tum regia voce venerat, idem etiam discedentes prosequeretur.

In regni limite Vale postremum dicturus, parentis manibus, facta re diuina, panem Angelorum edit: quod enim donum a patre maius mortali in vita accipere filius potuit? Verbis deinde lacrymisque appellat. Deum *fili mi, time, & ama: in quo sunt omnia. Virtutem amplectere, & vitia, ut colubri faciem, fugito. Diuino honori potissimum consulito: cedant huic inanes mundi spes, atque deliciae.* Galliam mox ingressis, non perinde tutum, quietumque iter oblatum. Militaribus copiis plena Aquitania, factionibus hereticorum, qui arma Regem contra ferrent. Cernebant hic iniuncti, ut lacrymas non tenerent, templa diruta, altaria profanata,
ceno-

cœnobia solo equata: faciem de-
 niq; Reipub. deformatam. Ca-
 tholicos ab hæreticis vi oppres-
 sos, vel patrio solo exactos audi-
 ebant. Ut vno verbo dicam, ar-
 debat regnū olim florentissimū
 flamma bellorum civilium. Spe-
 ctanti hæc Francisco, animoque
 quotidie versanti, eo maiori in-
 dies dolori erant, quo magis ze-
 lo domus Domini ardebat. Et *Galenus*
 quia, ut à sapientissimis homini- *singulari*
 bus traditū accepimus, animus *lib.*
 ager, corpus quoque; & contra,
 corpus animū afficere solet: mor-
 bo tentari cœpit Franciscus, cui
 incommodo accessit & alterum:
 re enim diuina facta in templo
 semiruto, ventus languidū, cor-
 pus vrgebat. cætera debilitatum
 longinquitineris tēdio: eū nō satis
 firma pridē valetudine vteterur.
 Delati tandē aliquando, ineūte
 ver-

verno ieiuniorum tempore, Blesum, vbi Carolum eius nominis nonum, Regem Gallorum, Legatus reperit, & matrem Catharinam Mediceam. Vterque etiam FRANCISCVM humaniter accepit, libenterque audiuit, hortantem summa animi contentione, vt si regnum, olim florentissimum, cum esset idem & Christianissimum, saluum vellet, pro Catholica Religione omni ope ac viribus niterentur: cuius comes esset Pietas in DEVM, & Regum obedientia. Recens itaque exortas opiniones, tanquam incendium, statim extinguerent. Alia id genus addidit, quæ eodem tamen reciderent. Illi gratias agere, facturos se pro virili polliciti: orare interrim, DEVM precetur FRANCISCVS, vt intestinum bellum, caelestis

lestis iræ signum, à regno depel-
 lat. Rebus gestis, domum in Ita-
 liam reditum adornant. Mox in
 pagum incidunt postridie Kal.
 Februar. festo Purificationis die,
 qui B. VIRGINI sacer est, & à
 Græcis Hypopante appellatur.
 Sacris itaque procurandis tem-
 plum ingressis, parietibus, te&to-
 que nudum apparet, & aram
 duntaxat lapideam superesse.
 Missæ vero sacrificio carere Fran-
 ciscus nolebat. Hic grassante
 vento, læsum est infirmum per
 se corpus: vtque tempestas frigi-
 da erat, frigore corripitur. Mox
 ardenti feбри ad languorem da-
 tus: & animus assiduo mœrore
 est victus, moleste ferens DEI
 cultum, sponsamque Ecclesiam
 neglectam iacere. Secum enim
 identidem Regij illud Vatis re-
 petebat: *DEVS, venerunt Gentes*

Psal. 78

in

in hereditatem tuam: polluerunt templum sanctum tuum. Et cum Elia Propheta querimoniam instituit. Domine, reliquerunt pactum tuum filij Israel: altaria tua destruxerunt, & Prophetas tuos occiderunt gladio. Hanc ipsam auitae Fidei calamitatem decennio ante praedixerat FRANCISCVS, datis litteris, ad Petrum Ribadeneyrum, Societatis presbyterum, de Gallis iam tum turbantibus, resque nouas molientibus.

CAPVT XVI.

Morbus FRANCISCI, & iter Romam versus.

MORBO correptus, cum pedibus insistere FRANCISCVS non posset, in Allobrogum fines propere delatus, in Ioannis Morani oppido, vi morbi oppressus, haesit diutius.

Re-

Regulus Allobrogum medicū
 statim cum aulicis allegavit, qui
 laboranti adessent, Augustam-
 que Taurinorum aegrotum de-
 portarent. Difficile id eo anni
 tempore fuit, quod Cottiarum
 alpium asperitas, vulgo *mons Ce-
 nisius*, superanda esset; effectum
 tamen. Hic omni pietatis officio
 habitus, ut præ verecūdia, impe-
 trare à se ipse nō posset, quin nul-
 la habita aegritudinis ratione,
 quamprimū euolare vellet. Mis-
 sionē itaq; flagitavit, extorsitque
 ab inuitis & repugnantibus. Ve-
 ctus secūdo Padi flumine, nau-
 gio Ducis sumptibus instructo.
 Lectulo affixus, rem diuinā quo-
 tidie audiebat, paneq; cælesti pa-
 scebatur. Octauus iā dies abierat
 eodē flumine Ferrariensium fines
 attigit. Hic *Alfonsus Estēsis*, Fer-
 rariensium Dux, è uestigio omnia,
 quæ

quæ opus viderentur, submitit.
 In urbem hinc delatus, vi morbi
 coactus, qui nihil remitteret,
 cresceret etiam magis, magisque,
 substitit inuitus: diesque com-
 plures moratus, omni officiorum,
 comitatusque genere acceptus
 domi est: ut parentis loco duce-
 re FRANCISCVM viderentur.
 Nec tantum pharmaca vndique
 conquisita, publice ad omnia
 Diuorum templa etiam vota
 concipi Dux iubet, supplicatio-
 nesque pro salute FRANCISCI
 indicit. Pie hæc omnia, & offi-
 ciose: cum quia sanguinis vincu-
 lo coniunctus erat: tum opinio-
 ne sanctitatis. Euolare & hinc
 quamprimum, tanti impatiens of-
 ficij, satagebat, constanterque
 Romam portari postulabat: ces-
 sit tamen Ducis precibus, & me-
 dicorum, Sociorumque consi-
 liis.

liis.
 Di
 gat
 mu
 in V
 Soc
 suo
 spir
 cit
 & ip
 & d
 Igitu
 ca R
 Lau
 fert
 stula
 eun
 ret,
 carn
 pro
 ne R
 esqu
 ybi v

liis. Mortem animo prælagiens,
Ducem, Sociosque obnixius ro-
gat iterum, Romam quampri-
mum deferendum curarent, ut
in Vrbe Sancta, Professorumque
Sociorum domo, vbi maiores
suos, Ignatium atq; Laynem, ex-
spirasse sciret, vita decederet. Vi-
cti tandem FRANCISCI precibus
& ipsi cesserunt, præsertim cum
& de salute medici desperarent.
Igitur lectulo impositum, lecti-
ca Romam versus gestant. Illinc
Lauretanam in ædem sacram in-
fertur: sic enim moribundus po-
stularat, ut Virgini Deiparæ ab-
euntem animam commenda-
ret, cuius visceribus DEI filius
carnem induens in hanc vitam
prodijisset. Mox crebra agitatio-
ne Romam festinans, noctes, di-
esque lecticæ inclusus; tandem
vbi urbem se Romam ingressum

cognouit, tendens in cælum manus, & oculos, lætus exclamat: *Nunc dimittis seruum tuum Domine.* Lætus, vitam sibi in Apostolica sedis obsequio, & legatione amissam.

CAPVT XVII.

FRANCISCI obitus.

PIVS V. Pont. Legationis auctor, & fœderis, vita prius abierat, quam domum FRANCISCVS reuertisset; sedemq; Apostolicam vacuum alteri reliquerat, qui Hugo Boncompagnius, post Gregorius XIII. est dictus. Quo factum, vt multa Pij consilia, de quibus cum Rege Catholico, Regisque ministris conuenerat, infecta permanerint: Accessit & illud incommodi, FRANCISCVM, ad desperationem medicorum laborantem,

tem, Romam venisse, pæne de-
positum, animamq; agentē. Vix
enim biduum Romę fuerat, cū
animam exhalavit. Optabat ille
quidem, rei gestæ in Legatione
rationem Gregorio reddere; sed
is Tiburi erat, duodevicesimo
ab Urbelapide. Ludouicum ita-
que Mendoziū, Societatis pre-
sbyterum, ad Pontificem FRAN-
CISCVS mittit, qui benedictio-
nem moribundo, peccatorumq;
anteactæ vitæ veniam supplex
postularet. Ille vero ac libenter
indulfit, & ex thesauris Ecclesiæ
liberaliter: hoc addito elogio,
miserari se Ecclesiæ Catholicæ
vicem. Magnam enim morte
FRANCISCI iacturam facere,
quæ tali, tantoque ministro or-
baretur. Cardinales aliquot, &
Regū, Principumq; Legati salu-
ratū officii gratia, gratulatumq;
de

de aduentu accesserant. At modeste ille: intempestiuum nunc videri. Darent itaq; hanc veniã. Vni enim Deo, vitæ, mortisque arbitro, dandã esse operam. Sacramentis Ecclesiæ omnibus rite munitus, dum oleo sacro, de more migraturus inũgitur, Litanizq; recitantur, ad singula ipse respondit pietate singulari. Patres à consilijs assistere soliti, illud postremum rogare, vnum è corpore Societatis, qui vices interregni tempore, digne sustineret, ex animi sententia pronunciaret. Is renuit: quod neutrum eorum qui antecesserant. Ignatium, & Laynem, morti vicinum nominare voluisse meminisset. Mox quietis avidus, orationi se dedit, ac meditationis ductisq; imo è pectore suspiriis, spiritum DEO reddidit, pridie

Kal.

Kal. Octob. qui dies B. Hieronymo anniuersario ritu sacer est; anno cIo. Io. LXXII. paullo 1572. ante tertiam noctis vigiliam: annos natus cum esset duos fere, & sexaginta. Conditus est in æde sacra veteri domus Professorum: compositus cum Patribus, qui eadem dignitate antecesserant. Magna sane, multaq; exstant merita FRANCISCI in Societatem, siue priuatus adhuc, siue cum imperio ageret. In Hispania enim, patrio solo, simul atq; abdicatis bonis omnibus, & honoribus, Societati sese addixit, incredibile dictu est, quem de se virtutis odorẽ, pietatisq; solidæ effuderit, alijque afflarit. Exinde enim Societas ibi cognosci magis cœpit, adeoque amari, vt certatim principes, Societatis sacerdotes euocandos,

Q

346 DE VITA FRANC. BOR.
candos, excitandaque Collegia
curarint. Septem vero annis,
quibus commissæ illi ab Igna-
tio Hispaniæ Prouinciæ omnes,
& Orientis Indiarum, plurima
Collegia illi accepta referenda.
Hic enim fundus, auctorq; ex-
stitit. Cum vero Generalis fami-
liam duxit, in Atlantici maris re-
motas insulas, Materiam, Ter-
tiamq; in Peru item, nouamq;
Hispaniam Indiarû. Socios pri-
mus tanquam in coloniam mi-
sit. Ex his etiam, magno post ad-
dito Collegiorum numero, lu-
cis adeo vastis, duæ Prouinciæ
factæ. Hinc igitur apparet, si re-
cte rationem subducas, Ignati-
um ad Superos migrantē, duo-
decim Societatis Prouincias
constitutas reliquisse: qui magi-
stratum proxime excepit, Lay-
nē, quinq; adiectas stabiluisse:
duas

duas deniq; FRANCISCVM ad-
didisse : vt vnde viginti in vni-
uersim Prouincias viderit.

CAPVT XIIIX.

Corporis forma, & mores.

ELEGANS in eo forma, cor-
porisq; dignitas imperio di-
gna. Statura procerus erat, fa-
cie oblonga, candore simul &
rubore temperata. Membrorū
ei decens habitudo, corpusque
compactum. Frons ampla ma-
iestatem addebat : nasus item
aquilinus, & longus: oculorum
orbis grandiores, colore glau-
co: genę, & labia rubicunda. A-
dolescens obeso admodum, &
crasso fuit corpore: verum post
assiduis ieiuniis, ciborumq; ab-
stinentia à cæna temperans, ad-
eo se ipse maceravit, vt ventris
cutem duplicaret, & togæ instar
Q² pellem,

pellem, quo vellet, referret; v-
 trem esse dixisses inanem. Cæ-
 terum et si integris viribus, fir-
 moq; corpore esset, & sanguine
 abundaret, ea ipsa inedia, qua
 macilentior factus, ventricu-
 lum etiam debilitarat, valetu-
 dinemque læserat. Quod humi
 prostratus horas aliquot ple-
 rumque oraret, humore hausto
 è terra, dentes illi vacillantes
 exciderunt, osq; læsum. Inedia
 etiam cacostomachos vixit, dū
 sæpe reijceret cibos, & crudita-
 te laboraret, ructus ederet assi-
 duos, non sine dolore stoma-
 chi, & medicorum admiratio-
 ne, qui morbi genus insolitum
 ignorarent. Et verò quamvis
 corporis vires afflixerat nimia
 ciborum abstinentia, morum
 tamen facilitatem, candorem,
 animiq; hilaritatem auxerat. In-
 genium

genium viuidum quidem illi, sed maturum, quietumq; mens perspicax, propere quæ vellet, suggerebat. Iudicium temperatum: memoria, thesauri instar, tenax. Honestis iam inde à puero, castisque moribus, vt leues homines fugeret facile, vitaretq; parasitos, & assentatores. Sermo illi modicus, & breuis, de necessariis tantum. Oderat officiosa verba eorum, qui aliud pectore clausum, aliud ore promptum gerunt. Si quis illum coram laudaret, sermonem mature abrumperet, sed prudenter solitus, quasi aliud agens. Tametsi verò bene de omnibus sentiret, prædicaretque, paucis tamen arcana credidit: paucioribus diuinitus visa, sensusque animi, extra eum, qui à confessionibus erat, detegebat. Quo-

rum autem fidem longo usu, experimentisq; probasset, his fide-
re suetus, & multa indulgere.
Falli, quam male de aliis, & ini-
que suspicari; accipere item in-
iuriam, quam facere malebat.
Ingenij bonitate, supra medio-
citatē litteras est adeptus, præ-
sertim sacras, quibus, ut par est,
delectabatur impensius: partim
studio, diligentiaque, partim
oratione pia, meditationeque
rerum æternarum.

CAPVT XIX.

De scriptis ab eo editis.

SCRIPSIT, Ducis munus
Setiamnum sustinens, libel-
los sex ad pietatē excolendam:
non infrugiferos ijs, qui ad per-
fectæ vitæ metam contende-
rent: qui Latine in vulgus editi,
Alphon-

Alphonso Deca, Compluti Societatis Theologo, interprete, circumferuntur. Singula nunc recensebo. Primum Concio est habita in illud Lucae Cap. XIX. *Vt appropinquavit IESVS, videns ciuitatem, fleuit super illam.* Speculum item operum Christiani hominis. Collyrium spirituale: quo docet se quemque nosse oportere. Dehinc est Praeparatio ad Eucharistiam digne sumendum: item Spiritus exercitationes, ad sui cognitionem. Sextus est, Hymni illius decantati Explanatio, *Benedicite omnia opera Domini Domino.* Haec tantum edita, pro legitimis scriptor agnouit. Commentatus tamen est, non inficior, & alia quaedam; sed rudia, & impolita cum essent, lucem nondum aspererunt: excepto libello de *Euan-*

gelica prædicatione, seu de Ecclesi-
 sta officio. In his erant de perfe-
 ctionibus animæ Christi à con-
 ceptu, ad vltimum vsque, in
 Cruce, spiritum. Threnorum
 Hieremiæ Explanatio, quam in
 Pintiana, & Complutensi Aca-
 demia dictauit. Meditationes
 item de morte CHRISTI Sal-
 uatoris, in horas diurnas, ac no-
 cturnas distributæ. Denique
 Meditationes in Euangelia Ad-
 uentus, Quadragenarij ieiunij,
 Dominicorum, festorumque
 dierum; profectæ ab oratione
 potius ad DEVM fusa, quam ex
 libris acute, & subtiliter haustæ.
 Quibus, tanquam iaculis diui-
 nis, auditorum mentes, ad bo-
 nam frugem reuocando, sua-
 uiter vulnerabat, vt ad virtu-
 tis studium inflammaret,
 à vitijs deterreret.

DE